



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Digressio de præsentia Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

riori, ac exteriori sum in deserto, aut ubi-  
vis, ubi nemo me videat, ac in ipso tem-  
plo, quia quoad presentiam æqualiter  
ubique es. Sat est mihi vel commo-  
ranti in deserto, vel in plateâ, vel intus,  
vel foris, hoc certò scire, me ante tuos  
divinos oculos esse: hoc me componit,  
hoc mihi reverentiam, hoc devotionem,  
hoc sanctitatem ubique locorum jubet.  
Quemadmodum sancti viri in loco cam-  
peltri tanquàm in Sanctuario morantur,  
& profanum sacrum censent: e contra  
peccatores ex templo plateam, vel stabu-  
lum faciunt. *Fode parietem, & videbis ab-  
ominaciones, &c.*

Exec. 8.

Ex defectu considerationis divi-  
næ presentie peccata in-  
numera.

PUNCTUM LV.

*Psal. 6.*  
*Hebr.*  
*Presentia Dei tempore.*  
*consideratio*  
*neglecta mul-*  
*torum scelerū*  
*pavens.*  
*Psal. 52.*  
  
*Hebr.*  
  
*D. August.*

**N**on est Deus in conspectu ejus. Quid  
inde? Inquinata sunt via illius in omni  
omni tempore. Iniquitatis forcum geren-  
tes sex. enta parturiunt peccata, & nun-  
quàm parere cessant. Dixit insipiens in cor-  
de suo: Non est Deus. Dixit stultus, id est,  
peccator: Non est Deus. Qui fieri po-  
test, ut sit adeò stultus, ut dicat, non esse  
Deum? Ah! Deum esse, vel ipso naturæ  
lumine, & per se notum est. Non vult  
absolutè dicere, non esse Deum: sed quòd  
Deum vel non credit, vel non considerat  
presentem. Educitur hoc ex Hebr. Dixit  
insipiens in corde suo: Non est Iudex; non no-  
tat scilicet cogitationes, & actiones, vel  
nostra non considerat, ut judicet. Quid  
hinc? *Corrupti sunt, & abominabiles facti  
sunt in studiis suis, &c.* D. August. Diffi-  
cile est, ut incurramus in hominem, qui  
dicat in corde suo: Non est Deus; at alio  
intellectu discussò, invenitur esse in plu-  
ribus, quod in paucis, & raris, & penè in  
nullis esse putabamus. Prodeant in me-  
dium, qui male vivunt: inspiciamus fa-  
cta flagitiosorum, &c. hi non solum cor-

A de, sed & factis Deum esse negant, &c.  
Talia ajunt, quæ indicant, quòd Deum  
presentem non credunt.

Hinc & illi, qui non probaverunt Deum  
non habere in notitia, id est, præ oculis  
habere Deum non curarunt, vel non ju-  
dicarunt (sic est Syriacè, & Græcè) Deum  
nosse eorum peccata, sic Ambrosius aut po-  
tius non curarunt de Deo veram habere  
notitiâ: nò enim hic negat, quòd paulò  
suprà asserit: *Qui cum Deum cognovissent, &c.*  
sed vult dicere, quòd neglexerunt, nec ullâ  
adhibuerunt curâ, ut veram Dei cogni-  
tionem haberent. (Sic Chryl. Basil. Greg.  
Nyssèn. Theod. & reliqui Græci) *Tradi-  
ti sunt in reprobium sensum, sive Græcè, in re-  
probium mentem, quæ scilicet probat non  
probandâ, & probandâ improbat, bonum  
malum, & malum bonum.*

Rom. 1. 28.  
Syriac.  
Græc.  
Ambros.

Sed jam catervam malorum hinc ena-  
scantium videamus: *Repletos, inquit, omni  
iniquitate, malitia, fornicatione, avaritia, ne-  
quitiâ, plenos invidia, homicidio, contentione,  
dolo, malignitate, sursurrones, detractores, Deo  
odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inven-  
tores malorum; parentibus non obediētes, insi-  
pientes, incompósitos, sine affectione, absq; fide-  
re, sine misericordiâ.*

Hoc idem David: *Dixit injustus, ut  
delinquat in semetipso. Injustus cogitat  
apud se delinquere. Sept. In eo tota ejus  
cogitatio versatur. Chald. Dixit scelus, sive  
iniquitas impio in medio cordis ejus, ne ponat  
timorem Dei ante oculos suos. Hoc est, ini-  
quitas, & peccatum existimet, hoc ipsi  
persuadet, ut cogitet in corde suo, & non  
debere se timorem Dei ante oculos  
habere: Ut peccatum illum excæcat!  
O miserum! Verè dolosè egit in conspectu  
ejus, ut inveniat iniquitas ejus ad  
odium. Dolosè egit. Syriac. Linxit ei pec-  
catum in oculis ejus. Felix: Adulatus est se.  
Alii. Blandè egit apud se. Se ipsum sci-  
licet decipere voluit, noluit oculos ape-  
rire, ut Deum presentem, & intuentem  
sua peccata videret. Noluit intelligere, ut  
benè ageret. Paraph. Abscidit intellectum à  
benè operando. q. d. Clausit omninò ocu-  
los, ne Deum videret: quin oculos sibi  
eruit, ne videre posset, & hoc est: *Ut in-  
veniat iniquitas ejus ad odium; ut scilicet  
secun-**

Psal. 35.  
Septuag.  
Chald.  
Syriac.  
Felix.  
Alii.  
Chald.

August.

secundum August. odio habeat invenire, & cognoscere suam iniquitatem. malitque non cognoscere, ut clausis oculis, & absque ullo freno in omne facinus præceps ruat. D. Hieron. transfert: *Ad odiendum*; quod sumi potest passivè, & activè, passivè, ut scilicet odio habeatur ab omnibus, & à se ipso, & ab aliis, & à Deo: activè, ad odiendum scilicet bonum, ad odiendam virtutem, hoc est, ad malè agendum, & peccandum, non ex infirmitate, aut fragilitate humanâ, aut aliqua passione (quo pacto, qui peccant, videntur non peccare ad odiû,) sed ex odio virtutis, & ex odio boni. Sequitur: *Iniquitatē meditat⁹. est in cubili suo, asstitit omni viæ nō bonæ, malitiam autem non odit.* D. Hier.

D. Hier. ex Hebr.

*Iniquitatem cogitat in cubili suo, stabit in viâ non bonâ, malum non abiiciet.* (En per gradus ad profundum.) Prius iniquitatem in cubili sui cordis cogitat: hinc stat in omni viâ non bonâ, dum non abiiciet, sed in ea perseverabit. Totum hoc ex eo, quod non est timor, & reverentia divinæ præsentia ante oculos ejus. D. August. ad illud verbum, *In semetipso*: Quare, inquit, *in semetipso*? Quia homo illum non videt. Quid ergo quia homo non videt? In ipso corde, ubi sibi dicit, *Ut delinquat*, Deus ibi non videt? Nunquid non ibi est præsens Deus? sed *Non est timor Dei ante oculos ejus*, & odiosè agit, &c. Nolens scilicet cognoscere iniquitatem, ne recedat ab illa.

Dni. 13.

Ut hoc olim in praxi videre fuit in duobus illis bis pueris senibus, de quibus sanctissimus bis senex juvenis: *Everterant*, inquit, *sensum suum*, & *declinaverunt oculos suos*, ut non viderent Cælum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. O quàm ætæ, *everterunt sensum*! Iudicium, & intellectum. Sensum scilicet posuerunt sursum, rationem deorsum. *Declinaverunt oculos*, ut non viderent Cælum q. d. clausis oculis in facinus iverunt: non enim fieri poterat, ut si Deum præsentem mentis oculis viderent, peccare possent: sed potuerunt, quoniam oculos clauserunt: neque recordati sunt iudiciorum iustorum, quæ in similibus criminibus in alios

fecerunt, sed præcipue causa mali, quod *Declinaverunt oculos*, ut non viderent Cælum: hinc tot ruina, hinc tot lapsus.

Idcirco Dominus, instante jam tempore passionis, tunc humanam quærens salutem, eorum maxime, qui obdurati, & pervicaces erant (ut sunt ij, qui Cælum intuei nolunt, Deum cogitando præsentem) retrorsum egit eos, qui venerat comprehendere eum. *Ut ergo dixit eis: Ego sum*; abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, quod scilicet juxta quorundam Sanctorum sententiam, vel cadentes cogenterent videre Cælum, & Cælum videndo surgerent, quod non videndo ceciderunt. O quot lapsus ex hac oculorum occlusionione!

*Repleta est terra sanguinibus*, & *erivas repleta est aversione*, dixerunt enim: *Dereliquit Dominus terram*, & *Dominus non videt*. Ubi Hieron. Non modicus sanguis effusus est, sed à porta usque ad portam, ut tota nate in sanguine repleta immunditia, &c. Unde dixerunt: *Dereliquit Dominus terram*, & *Dominus non videt*.

Deum cogitare præsentem, & videntem, frantum est ad non peccandum.

## PVNCTVM LVI.

*Firmabo super te oculos meos.* MOX: *Noli te fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.* In chamo, & frano maxillas eorum constringe, &c.

D. Ambros. in Psal. 118. Ut quis victus libidine, vel indulgens flagitiis, conversus huc, atque illuc, si neminem videat flagitii sui testem, in facinus ruit. idem tamen, quanvis inveniat paratam occasionem potiendi, explorat diligenter omnia, sollicitus famæ, erubescens testimonium erroris, qui non erubescit errorem: at si quem forte, spectatozem cognovit facinoris sui, verecundia sequit

strat incontinentiam (ò quàm verè se-  
questat, ut denuò manus iniiciat) quan-  
tò magis, si quis allever mentis oculos, &  
consideret plena esse Angelorum omnia,  
aërem, terram, mare, Ecclesias, quibus  
Angeli præsent, concepto potest renun-  
ciare peccato?

Ecl. 23.

Sed dicit impius: *Tenebra in circuitu,  
& parietes me operiunt, &c.* Nonne reveri-  
tas esse Angelorum præsentiam, si præ-  
sentes esse crederes? Non metueres, non  
dicam facere, sed & loqui, aut cogitare,  
quod pravum est, si tibi divina Scriptura  
suavisset, quia Deus cogitationum arbi-  
ter, secretorum testis est verax, sicut ipse  
ait: *Estote mihi testes, & ego testis; dicit Do-  
minus Deus.* Hominum vereris præsentiam,  
Dei Patris, & Filii non vereris præsen-  
tiam? Noli esse sicut cæcus oculis, aut  
sicut surdus, qui cum non possit videre,  
aut audire præsentem, solum esse se credit,  
& in plurimorum cœtu, dum putat nul-  
lum esse præsentem, perpetrare adoritur,  
quod arbitratur esse secretum. Similiter  
& tu mentis cæcatus oculis noli æstima-  
re, quòd sine teste delinquas, quia homi-  
nis præsentiam declinare potuisti. Plures  
sunt, qui redarguant, quàm quos cavere  
potuisti: ipsum te fugere tui accusato-  
rem non potes, quem convincit propria  
conscientia, quia si negas aliis, tibi non  
negas.

Isa. 43.

Præsentiam  
hominum ma-  
gis pleriq, ve-  
rentur, quàm  
Dei.

4. Reg. 6.

Elisæo assistebat Angeli, & idè agmi-  
na hostium nò timebat, sed timebat puer  
ejus, qui Angelos non videbat. Scrutare  
ergo tu testimonia ejus, lege Prophe-  
tam, qui dicit tibi: *Cælum, & terram ego  
impleo.*

Ierem. 23.

Diabolus testis  
meruendus.

Videt Diabolus, qui tecum ad alienam  
introivit, immò qui te introduxit. Vident  
ministra ejus, qui te circumdederunt. No-  
li putare, quòd colludium tibi præstet si-  
lentii, qui nollet tecum supplicii habere  
confortium. Studet plurimos si miles sui  
videre, & in eo habet gloriam, quòd plu-  
res perditos fecerit, &c. Hactenus divi-  
nè Ambros.

D. Ambros.

Huc faciunt exempla meretricum,  
Præsentia Dei quas hoc divinæ præsentia freno con-  
recordatione fanarunt Ephrem, & Paphnutius in Vi-  
Speranza Scriptura selecta.

tis Patrum: hoc illi earum effraenem li-  
bidinem repagulo tenuerunt.

infrenata me-  
retrices.

Hanc eandem considerationem divi-  
næ præsentia ad se frænandum, compo-  
nendum, colligendum adhibebat D. Au-  
gustinus in suorum Soliloquiorum cap. 14.  
quod quia quodlibet verbum notabile  
est, totum transmittitur: Imperfectum  
meum viderunt oculi tui. Oculi, inquam,  
tui multo sunt lucidiores Sole, circum-  
spicientes omnes vias hominum, & pro-  
fundum abyssi, & in omni loco contem-  
plantur super bonos, & malos. Cum  
enim cunctis præsideas, singula impleus,  
totus semper ubique præseus, cuncto-  
rumque curam agens, quæ creasti, quia  
nihil odisti eorum, quæ fecisti, sic gressus  
meos, semitasque consideras, & die, no-  
ctæque super custodiam meam vigilas,  
omnes semitas diligenter notans, specu-  
lator perpetuus, veluti si totius creaturæ  
tuæ Cæli, & Terræ oblitus, tantum me  
solum consideres, & nihil sit tibi curæ de  
aliis. Neque enim tibi crescit lux incom-  
mutabilis visionis tuæ, si tantum unum  
aspicias, neque minuitur, si innumera  
videas, & diversa: quia sicut unum to-  
tum simul consideras: sic singula quæli-  
bet, licet diversa, perfecte simul, totaque  
totus conspicit visus tuus: sed sic omnia  
sicut unum, & sicut unum, sic singula, to-  
tusque sine divisione, vel commutatio-  
ne, vel diminutione consideras. Itaque  
totus tu in toto tempore, sine tempore  
totum me simul, semperque consideras,  
ac si nihil aliud considerare habeas. Sic  
igitur super meam custodiam stas, sicut si  
omnium oblitus sis, & mihi solum inten-  
dere velis, semper quippe te præsentem  
exhibes, semper te paratum offers, si me  
paratum invenis. Quocunque iero tu  
me, Domine, non deseris, nisi prius ego  
te deseram. Ubicumque fuero, non re-  
cedes, quoniam ubique es: ut quocun-  
que iero, inveniam te, per quem possum  
esse, ne peream sine te, cum sine te esse  
non possim. Fateor quidem, quia quic-  
quid facio, ante te facio, si quæcunque  
facio, ante te facio: & illud, quicquid est,  
quod facio, melius tu vides, quàm ego,  
qui facio: quicquid enim semper operor,

S. Augustin.  
Dei recorda-  
tione se coerce-  
bat.

D. August.

Dei sic unū-  
quemlibet vi-  
det, ac si illi soli  
totus intentus  
esset.

Deus perpetuus & operum & intentionum inspector.

tu pariter semper praesens assistis, utpote A  
perpetuus inspector omnium cogitationum, intentionum, & delectationum, & operationum mearum. Domine, ante te semper omne desiderium meum, & ante te tota cogitatio mea. Tu, Domine, vides, unde veniat spiritus, ubi sit, & quò vadat: quia tu es omnium spirituum ponderator: & utrum radix sit dulcis, an amara, de qua foris pulchra folia emittuntur, tu iudex interioris melius ipse nosti, & etiam medullas radicum subtilius B  
perscrutaris: & non solum intentionem, sed radice eius medullam intimam discretissima tuae lucis veritate colligis, numeras, intuetis, congnas, ut reddas unicuique non solum secundum opera, vel secundum intentionem, sed etiam secundum ipsam interiorē absconditam medullam radice, de qua procedit intentio operantis, ad quod tendo, cum operor. Quicquid cogito, & in quocunque delector, tu vides, aures tuae audiunt, oculi C  
tui vident, & considerant, signas, attendis, notas, & scribis in libro tuo, sive bonum fuerit, sive malum, ut reddas postea pro bono praemia, pro malo supplicia, quando aperientur libri, & iudicabuntur secundum haec, quae fuerunt scripta in libris tuis, Hoc est forte, quod jam dixisti nobis: *Considerabo novissima eorum; & quod de te, Domine, dicitur: Uniuersorum finem ipse considerat;* quoniam tu quidem in omnibus, quae agimus, finem intentionis magis, quam actum operationis intendis. Cumque hoc diligenter considerabo, Domine Deus meus, terribilis, & fortis, timore pariter, & ingenti rubore confundor: quoniam nobis magna est indita necessitas iuste, recteque vivendi, qui cuncta facimus ante oculos iudicis cuncta cernentis.

Deut. 32. 20.

Iob 28. 3.

Genes. 17. Cajetan. ibid. Praesentem Deum cogitare Abraham gressus. Philip. 4.

Cajet. ad illa verba: *Ambula coram me, & esto perfectus;* sensus est, ait: Profice in studio, & actionibus tuis, tanquam ambulares in oculis meis, nullum enim majus frænum, nulla efficacior ratio componendi gestus, motus, verba, actionesque, hominis apparet, quam ambulare ante faciem Principis.

*Gaudete in Domino semper, iterum dico,*

*gaudete, modestia vestra, quae, scilicet, moderetur verba, incessum, habitum, omnemque gestum, & motum ubique locorum, nota sit omnibus hominibus. Quo peculiari id modo, & Apostole? Dominus enim, ut conspiciat, prope est. Sic Anselmus.*

Ansel. ibid. Psal. 49. D. Hieron.

*Perfuiti, Domine, iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum in illuminatione vultus tui. Hieron. in Ep. ad Cypri hoc est, nihil te nostrorum latuit peccatorum, secreta quoque nostra tuus oculus inspexit. Iuxta illud: Tenebrae non obscurabuntur à te. Vel ut alii legunt: Non abscondentur à te.*

Hebr.

*Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat? Ubi Gregor. Viarum nomine actiones intelligit, & per gressus motus mentium: sic autem Dominus uniuscujusque considerat vias, sic dinumerat gressus, ut ne minutissimae quidem cogitationes ejus iudicio, ac verba tenuissima, quae apud nos usu viluerunt, indiscussa remaneant.*

Iob. 51.

Gregor.

ibid.

*Vestigia pedum meorum considerasti. Alii: Radices pedum meorum contemplatus es. Aug. cap. 14. quo supra: Et etiam medullas radicum subtilius perscrutaris, & non solum intentionem, sed etiam radice eius medullam intimam, &c.*

Iob 13.

Alii.

Hoc ipsum Graecum Dei nomen Θεός, juxta Damasc. significat: Θεός, enim vel à θεός, id est, curare, & disponere universa dicitur: vel ab εὐθεός, id est, urere; Deus enim ignis est, omnem malitiam consumens: vel à θεός, id est, intuen- do omnia; nam nihil cum latere potest, imò omnium inspector est, &c. Unde canit Ecclesia:

Damasc. lib. 1. orthod. fid. c. 12.

*Speculator adstat desuper,  
Qui nos diebus omnibus,  
Actusque nostros prospicit  
A luce prima in vespeream.*

Hanc Dei praesentiam iram compescere inquit Basil. in Regulis brevioribus. Dicunt quidam, fieri non posse, quin homo irascatur, & respondens inquit: Esto fieri posse, ut miles praesente Rege irascatur, non tamen eo etiam id rationi consentaneum est, quod dicitur: etenim si homi-

D. Basil. in Reg. brev. resp. 127.

Praesentia Dei cogitatio moderatrix ira.

hominis presentia, eo usque valet, ut qui in aequali natura conditione constitutus sit, propter dignitatis tamen excellentiam turbatum alicujus animi morem possit comprimere, qui non tandem hoc facilius futurum existimandum est, si alicui persuasum sit, Deum cogitationes suas omnes respicere? si quidem longe melius perleratur corda, & renes Deus, & motiones animi pervidet, quam ea, quae oculis subiecta sunt.

**A** sicut dies illuminabitur, sicut tenebra ejus, ita & lumen ejus. Incorporeus ille cum sit, & susurri, & aspectus, & cogitationum, atque intentionum cordis relictis intimis, atque arbiter semper assistit. Insuper: Impie in sponsum contumeliosa est, quod hominum plus esse verecundam, quam ipsius faciem judicat, quando ante illorum oculos, ne existimationem suam foederet, inducens aliquid agere non audeat: sub ejus autem obrutibus, qui praesto semper est, sine ullo pudore gerit omnia. Quasi igitur praesente sponso, & inspestante omnia, aut audiente virgo se habebit in omnibus.

Pf. 138. 11.

Virgo percontumeliosa Deo, quae homines magis, quam illum metuit.

L. de vera virg. ad Laurentium Melit. Episc. Virginum custodia.

**B** Idem alibi: Caveat virgo, ne aut aspectum, aut motum, aut sermonem suum affectu minus pudico in quempiam ferat, motusque omnes & animi, & corporis in sponsi sui servitium redigat: ubique enim ille ejus intuetur cor, & motus omnes diligenter ille omnia rimatur, & discit, non ea solum, quae mortalibus patent obrutibus, sed quae intimis animae recessibus latent, ipsiusque oculos nulla peccatricis conscientiae latebra unquam effugere poterit. Nam illae quidem, quae mortalibus viris copulatae sunt, quoties ad id nequitiae proruperint, ut adulterii scelus perpetrare gestiant, virorum ingressus, atque exitus sollicitè observant, aspectus illorum, quantum licet, custodiunt. At verò Domini sponsa, cum ejus obrutibus, neque praesentiam queat effugere, omnia in eius oculis gerit. Quapropter scire oportet virginem, quod si ve sola aliquid loquatur, in sponsi aures loquitur, si ve sola quippiam agat, hoc ille diligenter intuetur, si ve cogitat quicquam, hoc in ipso cordis motu citius ille cognitam, & exploratum habet: faciet enim, inquit, quispiam in abditis, & ignorabo? Et quomodo? Qui plantavit aurem, non audit? aut qui fixit oculum, non considerat? qui docet hominem scientiam?

**C** In Gen. Ioseph ad mulierem illam advireram: Quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum meum? Septuag. Et peccabo coram Deo? Quam lectionem premens Ambrosius: Pulchra, inquit, ratio, quod nec beneficiis Domini esse deberet ingratus, nec occultum posset esse peccatum, quod Deo teste committeret.

Gen. 39. Praesentis Dei recordatio Iosephem ab adulterio retinebat. Sept. Amb. l. 1. c. 2. de Iob, & vita beata.

Hoc peculiare fuit Sanctis, semper coram Deo ambulare.

PUNCTUM LVII.

**D** Hoc ceu compendium, & summam perfectionis docuit Deus ipsum Abraham, cum dixit ad eum: Ambula coram me, & esto perfectus. Vbi notandum, quod ibi, esto, ut in plerisque aliis Scripturae locis, ponitur pro, eris. Accedite ad eum, & illuminamini. Psalm. 53. Hoc est, & illuminabimini. Ibidem: Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus. Pro, videbitis, quoniam suavis est Dominus. Sic Psalm. 43. Vacite, & videte, quoniam ego sum Deus; id est, videbitis, quoniam ego sum D E U S; imperativum scilicet praesens pro futuro, ad ostendam, ac significandam infallibilitatem successus. Ambula coram me, & esto perfectus, hoc est, coram me ambulando

**E** Praesentis Dei cogitatio perfectos facit. Gen. 17. Psalm. 33. Psalm. 43.

Pf. 93. 9.

Ecclesi. 23. 26.



perfectus eris, idque tam certum est, ac si  
 iam sis perfectus. *Ambula coram me, &  
 esto perfectus.* Cajet. Hujusmodi enim  
 ambulatio ducit ad perfectionem, unde  
 scriptum est: *Beatus vir, qui in sensu suo  
 cogitabit circumspeditionem Dei;* hoc est, ad  
 beatitudinis perfectionem, ac sanctitatem  
 pervenit hoc exercitio considerationis  
 circumspeditionis Dei, quod Deus  
 semper omnia circumspiciat. Idipsum  
 David confessus est: *Et ero, inquit, perfe-*  
*ctus coram eo, & custodiam me ab iniquitate*  
*mea, & restituet mihi Dominus secundum*  
*justitiam meam, & secundum munditiam*  
*manuum mearum in conspectu oculorum suorū.*  
 q. d. Si custodiam me ab iniquitatibus  
 meis, id erit, quia cogitabo Deum me vi-  
 dere, si quid justè agam, id erit, quia con-  
 siderabo Deum me suis oculis aspiciere. In-  
 summa *Perfectus ero coram eo.*

Hoc cum Deus admonuit: *Firmabo*  
*super te oculos meos.* quasi dicat: *Et tu fir-*  
*ma in me oculos tuos.* Sic ferè August.  
 ibidem: *Non à te auferam oculos meos,*  
 quia & tu non auferes à me oculos. Pagn.  
*Consulam tibi oculo meo.* Geneb. *Instruam*  
*te in via hac, qua gradieris, firmabo super te*  
*oculos meos,* id est, viam justitiæ te docebo,  
 per quam gradi debeas, monstrabo  
 tibi justam vivendi legem, & rationem,  
 sive interiore inspiratione, sive exteriori  
 doctrina, ceu magister morum, qui Prin-  
 cipem in omnibus observat, & in omni-  
 bus ab eodem observatur. Unde oculi  
 magistri sunt super Principem, & Princi-  
 pis ad magistrum. Camp. ex Hebr. *Fi-*  
*gam in te oculos meos, & in Paraph. Studio-*  
*ssimè observabò te oculo proprio.* Felix: *In-*  
*nam super te oculo meo.* q. d. ad oculum  
 semper respicias, ut vel nutu oculi eru-  
 diaris. *Et esto perfectus.* Græcè: *Esto ir-*  
*reprehensibilis.*

*Ambula coram me.* q. d. Quoniam hæc  
 vita est via, cave, ne passum efferas nisi  
 coram me. Pedem effer: sed oculos ad  
 me tolle. Vive, conversare, tracta, sed  
 coram me. Loquere, cogita, fac,  
 sed quicquid cogitas, quicquid lo-  
 queris, quicquid facis, sic coram  
 me. Time, ama, coram me. Manduca,  
 dormi, labora, jejuna, eleemosynas tri-

bue, omnia coram me: si imperas, co-  
 ram me: si ministras, coram me. *Vivit*  
*Dominus, in cuius conspectu sto.* Alij: *Co-*  
*ram quo ministro. Ambula coram me.* Heb. Hebr.  
*Vive coram me,* ut quodlibet vitæ momen-  
 tum sit coram me. Ut enim nullum est  
 momentum (ut rectè ait Bern. aut quis-  
 quis pius Author est libri Meditationum)  
 quo homo non utatur, vel fruatur DEI  
 bonitate, & misericordia: sic nullum de-  
 bet esse momentum, quo cum præsentem  
 non habeat in memoria. Hæc Deo gra-  
 tissima est.

*Ambulavit Henoch cum Deo.* Sept. *Pla-*  
*cuit Henoch Deo.* Hac potissimum Noè  
 tantam perfectionem adeptus est: *Noè*  
*vir justus, acque perfectus. Quo medio?*  
*Cum Deo ambulavit.* Hac illi ad tantorum  
 meritum culmen pervenerunt. *Ambu-*  
*la coram me.* Ambros. *Emerere in conspectu*  
*meo.* Quasi non possit semper non mere-  
 ri, qui in conspectu Dei semper est.

In omnibus ergò oculi ad Deum fi-  
 gendi. Figura justorum animalia illa  
 mystica ante thronum Dei: *Et plena ocu-*  
*lis ante, & retrò.* Mirum è oculos circum-  
 quaque habebant, oculos in pedibus, oculos  
 in manibus, oculos in auribus, oculos  
 in labiis, oculos in oculis, plena oculis  
 intus, & foris, ut nimirum mysticè ser-  
 vus Dei semper coram Deo, & oculo in  
 Deum intento ambulet, operetur, audi-  
 diat, videat, loquatur, cogitet intelligat,  
 amet, plenus oculis intus, & foris, ut ne-  
 gressum moveat indignum divina præ-  
 sentia; verbum ne dicat, oculum ne ele-  
 vet, &c.

*Iusti epulentur, & exultent in conspectu*  
*Dei, & delecentur in lætitia.* q. d. *Mandu-*  
*cent, bibant, lætentur, sed in conspectu*  
*Dei: Gaudeant, patum abfuit, quin*  
*dixerim, saltent: sed coram Deo, in con-*  
*spectu Domini.* Certè non manduca-  
 bit plusquam opus habeat, qui mandu-  
 cat in conspectu Domini, &c. non læta-  
 bitur inepta; & vana lætitia, qui lætatur  
 coram Domino.

Iusti nullo unquam tempore Dei præ-  
 sentiam amittunt. *Oculi mei semper ad*  
*Dominum,* id est, omni tempore, & in  
 omni negotio. Ubi notandum id, quod  
 subdit

Cajet. ib.  
 Eccl. 14. 22.

2. Reg. 22.

David ex con-  
 sideratione  
 presentie Dei  
 perfectus.

Psal. 37.

D. Aug. ib.

Pagnin.  
 Geneb.

Camp.  
 ex Hebr.  
 Felix.

Græc.

Gen. 17.  
 Abraham  
 omnia coram  
 Deo facere ius-  
 sus.

Bern. Medit.  
 6. 6.

Gen. 5.  
 Sept.

Gen. 6.

Gen. 17.  
 Ambros.

Oculis plena  
 animalia figu-  
 ra iustorum.  
 Ezech. 2.

Psal. 67.  
 Presentie Dei  
 cogitatio mo-  
 deratrix inepta  
 lætitia.

David præsen-  
 tem Deum  
 semper cogita-  
 bat.  
 Psal. 32.

*Psal. 13.*

subdit Proph. *Quoniam ipse eveller de laqueo pedes meos.* Possit aliquis dicere: Opprteret habere oculos ad gressus, ad videndum scilicet, quid agendum, quomodo agendum, &c. Ne dubites, inquit David, oculi tui sint semper ad Dominum, quoniam ipse eveller, &c. *Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commovear, &c.*

*Plin. L. 22. c. 21*

Plin Heliotropij miraculū sēpē diximus cum Sole se circumagentis, etiam in nubilo die. Tales sunt justī, &c.

*2. Thes. 5.*

Nec solum die, sed etiam nocte, vel dormientes justī stant in Dei præsentiā. Apolt. *Sive vigilemus, sive dormiamus, simul cum Christo vivamus;* hoc est, coram eo non solum vigilemus, sed etiam coram eo dormiamus.

*Orat sine intermissione, qui semper cogitat Deum præsentem.*

Hæc est perpetua illi oratio, de qua Dominus: *Oportet semper orare, & nunquam deficere.* Hujus mundi hominibus hoc difficile videtur, quiniam d' impossibile, sed servis Dei videtur facile, stant enim ubique in Dei præsentiā, & hæc est continua oratio: sive manducant, sive bibunt, sive dormiunt, semper stant in Dei præsentiā. *Insuper, & usque ad noctem increpauerunt me renes mei.* Vel nocte isto, o Domine, in tua præsentiā, &c. & etiam in somnis resisto, &c.

*Psal. 15.*

Origenes homilia 11. in Exod. ait, D

*Orig. hom. 11. in Exod.*

omne, quod faciunt Sancti, in conspectu Dei faciunt: peccator à conspectu Dei fugit. Adam postquam peccavit, fugit à conspectu Domini, & interrogatus respondit: *Audiui, Domine, vocem tuam & abscondi me quia eram nudus.* Cain exivit à facie Domini, quia indignus erat conspectu Dei. Et notandum, quod tam diu Adam fuit justus, quam diu se conservavit in divina præsentiā. Unde dixit ei Deus: *Adam, ubi es?* Cum justus esses, coram me eras, nec te quærebam, nunc *ubi es?* &c.

*Gen. 3.*

De Abel inquit Iosephus: In omnibus, quæcunque gerebas, putabas Deum esse præsentem, hinc mutua divini amoris benevolentia, hinc respectus oculorum Dei ad eum, & ejus ad Deum, *Et ad munera ejus, &c.* Cain è contra, secundum aliquos, non credens divinam præsentiā,

*Adam justus, quousq. Deum præsentem cogitavit.*

*Ioseph. l. 1. de Antiq. c. 4. Abel Deum præsentem semper cogitabat. Cain Deum*

statuerat oculo declinare in terram, &c. Unde egressus est à facie Domini, & sui eum peccati nunquam pœnituit.

*præsentem non credebatur.*

Observat Origen. quod justī, si quandoque aliquid mali faciunt, vel illud, inquit, coram Deo faciunt. *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci.* Qui malum coram Deo facit, continuò pœnitent, & peccatum pœnitendo purgare. Hoc interest inter malum coram Deo facere, & à conspectu Dei discedere.

*Psal. 50.*

*Præsentiā Dei recordatio justis etiam peccantibus proficit.*

Est occupatissimus sit homo in negotiis, hoc tamen divinæ præsentiæ exercitio in sua semper recollectione conservat, nec aliquid de suo profectu amittit. *Quærit D. Ambr. unde tantus Rex, qualis erat David, regni negotiis occupatus, nihil de suo profectu amitteret, quin multum operando augeter. Respondet? Ex eo, quod Deum sibi præsentem faciebat in omnibus negotiis, in omnibus consiliis, &c. Deum ceu præsentem alloquebatur, cum ait *Septies in die laudem dixi tibi.* Septies, inquit Ambros. hoc est, millies, sæpè sæpius, &c. Quid mirum, quod eum negotia non distraherent? Quid mirum, quod nulla in te, vel gravi, vel difficili, vel periculosa vacillaret? *Providebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam, &c.* Si negotium tractabat cum hominibus, simul & multo plus tractabat illud cum Deo: convocabat concilium, sed in concilio stabat in Dei præsentiā. *Consilium meum justificationes tuas.* Hebr. *Justificationes tuas, viri consilii mei.* q. d. Audio quidem libenter homines, sed libentius Deum: aures habeo ad homines, sed etiam ad Deum, &c. Sic, sic in rebus agendis.*

*Hominem quantumvis occupatum conservat collectum. D. Ambros.*

*Psal. 118.*

*David semper sibi præsens, quia semper Deum præsentem cogitabat.*

*Psal. 15.*

*Psal. 118.*

*Hebr. Davidis consilii leges Dei.*

Sanctis illis animalibus quatuor facierum semper conservabatur facies eò versa, unde discedebant, sicque discedebant, & non discedebant. Quod si ad momentum discedebant, ut fulgura revertebantur. Ita se gerit justus: semper faciem conversam habet ad Deum in suis occupationibus, studiis, ac negotiis: si quid enim cum hominibus gerit, detinet faciem versam ad Deum: si legit, si scribit,

*Ezec. 1.*

C c 3. sem-



semper respicit in faciem Christi sui. A Quod si aliquando ob proximum discedit ad Deum ut fulgur revertitur: si in hisce terrenis negotiis aliquando accidit, ut ad terram declinet oculos, mox erigit ad montem, unde veniat auxilium, mox figit in Deum, sicque coram Deo quicquid facit, rectè facit.

Deum presentem semper habentes sunt Angeli.

¶ Qui stant semper in Dei presentia, sunt Angeli, aut homines angelici. Angeli stant semper in Dei presentia. Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in Cælis est, qui licet mittantur ad hominum custodiam, à divinâ tamen presentia nunquam discedunt: ambulant (ut nostro more loquamur) cum homine, stant, manducant, tractant negotia, sed semper sunt in divina presentia. Ego sum Raphaël, dixit idem ad Tobiam, unus ex septem, qui astamus ante Dominum, idque agebat post omnia itinera, post peracta negotia, post acceptam à Gabelo pecuniam, &c. q. d. In omnibus itineribus, ac negotiis item astabam ante Dominum, non idèd Dei visione carebam. Sic ad Zachariam Gabriel: Ego sum Gabriel, qui asto ante Dominum. Unde colligitur, huic exercitio deditos non solum Angelos, sed etiam Seraphinos esse, & per consequens homines inchoativè beatos.

Tob. 12

Luc. 1.

Immodè Seraphini, usq; inchoativè beati.

Visio est tota merces. Ut beatitudo perfecta in patria consistit in visione divinæ faciei, sic nunc inchoativa per fidem consistit in hoc divino intuitu, &c. Gloss. ordinaria ad illud 3. Reg. Vivit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto. In conspectu, inquit, Domini stat justus modo, stabit & in futuro. Hæc enim per fidem, & amorem divina presentia artha est felicissimæ, ac beatissimæ illius presentia, qua Angeli, & justi sunt beati. Semper Dei meminervis (inquit S. Ephrem) & Cælum mens tua evadet. Sic & D. Bonavent. Cum summa beatitudo, & gloria consistat in jugi visione Dei, huiusmodi beatitudinis imitatio est jugis memoria Dei.

3. Reg. 17. Gl. ord. ibid. Presentia Dei per fidem est artha presentia per speciem.

Ephrem ser. de patientia. Bonav. l. 2. de proces. relig. c. 20.

3. Reg. 10. Ephe. 2.

His, qui nunc semper sunt in divina presentia, multò melius illud quadrat, quod olim Regina illa de aulicis Salomonis obstupescens dixit: Beati viri tui, &

beati servi tui, qui sunt coram te semper. Hi sunt cirves Sanctorum, & domestici Dei, non quidem extra muros, sed à cubiculis secretioribus: Angelorum, videlicet, conservi, Seraphinorum astantium, penè dixerim, æmuli.

Ut Seraphini fuerunt illi primi, in quibus Henoch, qui toto vitæ tempore ambulavit cum Deo. O nos miseros, qui nec per horam possumus esse in Dei presentia! Et Noë, cui Dominus: Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam, te enim vidi justum coram me in generatione hac. q. d. Noë justus ex qua coram me solus ambulat (ut ibidem ponderat Chrysof.) idèd te solum video justum. Videbat proculdubio alios justos, sed justos ante homines, hypocritas: sed hic amator Dei ante Deum justus erat, qui idèd justus, quia ante Deum. Hic certe nec passum efferebatur, nisi ante Deum, &c. Moyses in visibilem tanquam videns sustinuit, hoc est, Deum, quem non videbat, quia invisibilis est, ita sustinebat, ac si iphs oculis videret. Syriac. Spem habuit, semper cogitac si vidisset Deum invisibilem, &c. Sic semper hi Seraphini ardentes adstant ante Dominum, cogitatione nimirum, & amore, actibus intellectus, voluntatis, quibus quasi alis volabant, &c. Incipiamus igitur modò esse in Dei presentia, ut in eadem simus, & in futuro, &c.

De Orationibus jaculatoriis, quibus facile, simul & fructuosè in Dei presentia esse possumus.

#### PUNCTVM LVIII.

Conservat sese homo admodum fructuosè in Dei presentia quibusdam affectuosis aspirationibus in Deum, eâ promptitudine, facilitate, ac frequentia è corde eductis, quâ aspirat, vel respirat omnis spiritus. Chrysof. Omnis respiratio laudet Dominum. His alluetus David: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Arrenda. ibid.

sum. Alius: *Os meum aperui, & respiravi, A* vel *auxi spiritum.* Utraque lectio conveniens, & ponderanda: & in primâ notanda facilitas; in secunda meritum: facillimo etenim hoc exercitio spiritus, charitas, ac fervor multum augetur.

His adeo assuetus, ut non solum die, sed nocte etiam, mor experrectus aliquid è psalmis in Deum aspiraret: *Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, B* etc. D. Hieron. ex Hebr. *Et recordabar psalmorum meorum in nocte, cum corde meo loquebar, &c.*

Idem: *Apud me oratio Deo vita mea.* Hoc est: quando volo, omni tempore, quacunq; hora ad Deum aspirare possum. Pagnin. *Mecum est oratio Deo vita mea, hoc est, hæc orationeulas semper ad manus habeo, &c.*

Vel in mediis negotiis, in mediis ministeriis ad Deum mentem levare possumus, & corde, si non ore, dicere: Domine, adjuva me, &c. *Diligam te, Domine, C* etc. vel quid simile. Satagebat Martha circa frequens ministerium, sed ut vel per transitum, & fugiens novit occasiones capere duobus verbis alloquendi Dominum! Opinandum non est, hujusmodi mulieribus, quæ operibus præerant, defuisse, qui opem ferrent, ac laboribus domesticis levarent; & propterea Martham Magdalenæ non indiguit auxilio, nec malo hinc creta conquesta est de sorore, sed sanctâ in sanctis exercitiis usa est arte, qua omnes pariter occupati uti possunt, ac debent, nimirum cum Christo loqui, ut poterat. *Domine, non est, &c.* Non omnes diu esse possunt ad pedes Domini, sed saltem in suis occupationibus aliquid breviter ad Deum loquantur. Sic egit Martha: Ut potuit, ut ei per occupationem licuit, Christum alloquuta est. Sic, sic agere debemus: nec est, quodd ipsi nosmetipsos purgemus: quia si prolixius orare non possumus, breviter saltem possumus, ac valemus. Quod & notat Gregor. ad illa verba, *Quæ fecit, & ait. Quo profecto exemplo inquit, instrui, ut qui Fratibus ministeria exhibemus, si per moram federe ad Redemptoris pedes non possumus, per aliquantulam moram*

Redemptori assistere debeamus. Sed bene ei assistimus, si transeundo, & serviendo videamus: quid est enim, transeundo Dominum cernere, nisi in omni nostro bono opere ad ipsum cordis dirigere intentionem? Transimus enim, quando huc, illuc discurrendo in membris suis Domino ministramus: sed transeundo Dominum cernimus, si per omne, quod agimus, præsentem nobis ipsum, cui placere cupimus, contemplanur.

Nunquid iterum excidit memoria illud sanctorum animalium euntium, & revertentium in similitudinem fulguris coruscantis? Sic, sic, qui ex officio ad aliorum curam tenentur, à filiis, & proximis ad Deum, à Deo ad filios, & proximos, ut fulgura, &c. *Nunquid mirres fulgura, & ibunt, & revertentia dicent, Adsumus? Ut bene hæc orationes, vel potius eos, qui hæc orationibus sunt dediti, fulgura dicit? Fulgura nimirum per velocitatem, quâ è mediis familiarum, ac negotiorum curis ad Deum volant, & ad Deum spirando dicunt, Adsumus. Domine, adjuva me, commendo tibi negotia mea, ne permittas per ea me à te separari. Rursum eni redeo ad negotia, ad familiam: Adjuva me. Domine, &c. Fulgura quidem sunt hujusmodi affectus, aut sagittæ potentis acutæ, & ut inquit D. August. raprim ad Deum jaculatæ. Fortis est, ut mors, dilectio, dura, sicut Infernus, epist. ad Pro-amulatio. Lampades ejus, lampades ignis, &c. Septuag. Sagitta, vel ala, vel volatilia ejus, Cant. 8. Volatilia ignis flamma ejus. Pagnin. Pruna ejus, pruna ignis flamma vehementissima. Pagnin. Symmac. Impetus ejus, imperus ignis. Vatab. Cujus carbonis sunt igniti à flamma Dei. Psal. 101.*

*Respexit in orationem humilium Alii: Alii. In orationem suspirantis, aut excitantis, nimirum se ad orationem.*

De his i. Regum: *Sagitta Ionathæ nunquam rediit retrorsum. Ionathas interpretatur Domini donum, per quod præcipue intelligitur oratio. Sagitta orationis est oratio jaculatoria, quæ nunquam rediit retrorsum, sed statim in cor Dei directa, eum taliter vulnerat charitate, ut dicat: Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti*

Ezech. 1.

Iob 38. Orationibus jaculatoriis assueti sum fulgura.

D. August. epist. ad Pro-amulatio. Lampades ejus, lampades ignis, &c. Septuag. Sagitta, vel ala, vel volatilia ejus, Cant. 8. Volatilia ignis flamma ejus. Pagnin. Pruna ejus, pruna ignis flamma vehementissima. Pagnin. Symmac. Impetus ejus, imperus ignis. Vatab. Cujus carbonis sunt igniti à flamma Dei. Psal. 101.

2 Reg. 1. Hebr. Oratio jaculatoria est spiculum.

Cant. 4.

Ps. 76.

D. Hieron. ex Hebr.

Psal. 41.

Pagnin.

Martha de sorore querula industria.

Luc. 10.

D. Greg. in 1. Reg.

nerasti cor meum in uno oculorum tuorum, A  
 &c.

Cam. 7.

Collum tuum (symbolum orationis)  
 sicut turris David, &c. Millo elypei pendent  
 ex ea, omnis armatura fortium, Pagnin. Om-  
 nes pharetra fortium. Sept. Omnia jacula po-  
 tentum.

Pagnin.  
 Sept.

Jaculatoriæ dictæ sunt hujusmodi ora-  
 tiones, quæ vi amoris jaciuntur in Deum.  
 D. August. ad Probam. Dieuntur fratres  
 in Ægypto crebras quidem habere ora-  
 tiones, sed eas tam brevissimas, & raptim  
 quodammodo jaculatas, &c. dum spor-  
 tulas texebant, dum manibus laborabāt,  
 &c. nam ex jaculis hujusmodi jacie-  
 bant: *Diligam te, Domine, fortitudo mea,*  
 &c. Hæc eadem jacula, & nos manu  
 linguæ, vel cordis jacere possumus, quo-  
 cunque loco, in quocunque negotio, qua-  
 cunque hora.

D. Aug. ad  
 Probam.

Sancta illa mulier in Evangelio, ut no-  
 tat Beda, benè dicitur è medio turbarum  
 extollere vocem, cum ait: *Beatus venter,*  
*qui te portavit*. Et nos ad imitationem  
 hujus extollamus, si non vocem, men-  
 tem de medio curarum: & sæpè ad Vir-  
 ginem, ad Sanctos, ad Deum, ad Christum  
 aliquid, ut possumus, dicamus: *Beatus*  
*venter, &c.* O Virgo, &c. O Mater, O  
 Christe, O Redemptor, &c.

Luc. II.

D. Chrysoft.  
 Orationes no-  
 stra horas diei  
 exaquent.

Chrysoft. Singulis horis unam preca-  
 tionem offeramus Deo, ut orandi cultus  
 diei cursum æquet, &c. Non sinamus  
 elabi horam, in qua mentem non extol-  
 lamus.

Psal. 105.  
 Hieron.

*Omnis spiritus laudet Dominum.* Hier.  
*Omnis respiratio laudet Dominum.*

Orationes ja-  
 culatoria sunt  
 absq; distra-  
 ctione.

Sunt qui plurimum conqueruntur de  
 cordis evagatione, in oratione, quippe  
 qui longius immorari non possunt. Hu-  
 jusmodi orationum jaculatoriæ non  
 habent distractionem, ideo illis tam affi-  
 duè utebantur servi Dei, ne illa vigilans,  
 & exacta intentio, ut subdit eadem epi-  
 stola August. quæ tamen necessaria est  
 oranti, per productiores moras hebetar-  
 retur. Hæc veniunt ex corde: & quia  
 breves, non sunt distractæ; & ideo plu-  
 rimum proficiunt ac meritoria.

Idè valde  
 meritoria.

Ierem. 2.

*In desiderio anima sua attraxit ventum*  
*amoris sui.* Suspitium, quod à corde exit.

est ceu velocissima sagitta, quæ ab arca  
 desiderii in Deum dirigitur. De hac sub-  
 ditur: *Nullus avertet eam.*

*Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius,* Tob. 34.  
 & statim ad se trahet. Dei statim ad se  
 trahit, qui sæpè ad eum cor dirigit, &c.

*Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies*  
*mea, faciem tuam, Domine, requiram.* Symm.  
*Tibi locutum est cor meum, quasivit te facies*  
*mea.* Sic, sic, ubi lingua orare non possu-  
 mus, corde oremus.

Psal. 26.  
 Symmach.

His homo fit multum interior, nam  
 semper sibi Deum presentem exhibet, se-  
 que ipsum templum facit, in quò ubique  
 cum Deo amatorie loquitur. Jacob. *Habi-  
 tabat in tabernaculis.* Heb. *Habitabat do-  
 mi;* in Domo, scilicet orationis, in recol-  
 lectione cordis, &c.

Gen. 28.  
 Hebr.

Chrysoft. ad Populum Antiochenum  
 homil. 79. Ne mihi quis dicat, quòd ne-  
 quit homo secularis foro affixus conti-  
 nuò per diem orare, & concurrere ad  
 Ecclesiam, potest enim, & quàm facilli-  
 me affixus tribunali, & ante fores con-  
 stitutus orare. Et hoc fecere multi fre-  
 quenter, & intus clamante Magistratu,  
 comminante, contendente, furente, præ-  
 foribus stantes si, no muniti, & pauca  
 verba per cogitationem orantes, ingres-  
 si, mutaverunt eum, atque mitigaverunt,  
 & mirem ex fero reddiderunt, & neque  
 à loco, neque à tempore, neque à clamore  
 quicquam ab hac oratione impediti sunt:  
 Nec enim tam voce opus est, quàm cogi-  
 tatione; neq; tam manuum extensione,  
 quàm animi intensione, neque figurâ, sed  
 intellectu.

Chryf.

Orationes ja-  
 culatorias  
 fundere quis  
 ubiq; potest.

Samuelis mater Anna, non quòd cla-  
 ram, & magnam edidit vocem, propter  
 hoc audita fuit, sed quoniam multum in  
 corde intus clamabat. Ait enim Textus:  
*Vox penitus non audiebarur,* & tamen ex-  
 auditam Deus. Ne igitur nos excu-  
 semus, dicentes, quia non esset facile  
 quempiam orare implicitum curis, sacu-  
 laribusque negotiis, prope se non inve-  
 nientem Domum oratoriam: nam ubi-  
 cunque sis, potes altare tuum construere;  
 nihil enim prohibet locus, neque im-  
 pediet tempus. Verum licet genua non  
 flectas, neque percutias pectus, neque in  
 cælum

1. Reg. 1.

caelum manus extendas, si mentem tantum ferventem exhibeas, orationis perfectionem consummaveris. Licet enim & forum petentem, & ambulantem prolixas facere orationes: licet & in officina sedentem, licet ementi, & sermo, & coquo astanti, cum ad Ecclesiam ire non poterit, orationes facere prolixas: non enim locum Deus veretur, sed unum exquirat, fervidam mentem.

Paulus non in Oratorio, sed in carcere supinus jacens, neque flectens genua, non enim sinebat lignum, quo pedibus vincitus tenebatur, quia cum studio jacens oravit, carcerem concussit, &c.

Ezechias non stans rectus, neque genua flectens, sed supinus propter agnitionem lecto recubans, cum ad parietem se ipsum convertisset, quoniam Deum ferventer invocavit, prolatam revocavit sententiam, & ad pristinam valetudinem rediit. Ionas in ventre ceti, & Iob in stercore, &c. Vbi que sis, ora. Templum tu ipse es. Mare erat ante Hebraeos, & post terga instabant Aegyptij, & medius Moyses, nihil loquens, multa cum angustia orans, & ait illi Deus: *Quid elamas ad me?* Tu igitur, cum ingruerit tentatio, ad Deum confuge, invoca Deum: nunquid enim Deus homo perus est, ut locum petas? Deus enim semper propere est. Sive igitur in foro sis, sive in via, sive in mari, sive in diversorio, sive in officina, sive ubique sis, Deum invocato, &c. Ponderat illud S. Ephrem: *In omni loco dominationis ejus benedic, &c.* Pl. 102. *In omni loco, &c.* Nyssenus: *Venter ipse ceti in concameratum quietis cubiculum, orationis efficaciam, mutatus est.*

D. August. serm. 150. in Parase. de Cruce, & latrone: *Judaïs, inquit, Deus praecepit in uno loco offerre sacrificia, quoniam imunda erat tunc universa terra fumo ararum, & nidore bustorum, ceterorumque conquinatorum: Nobis vero jam, quoniam Christus adveniens expiavit universam terram, omnis locus Oratorium factus est, & ideo Apostolus praecepit 1. Tim. 2. *Volo viros orare in omni loco.**

David est Rex: *Septies in die laudem speranza Scriptura selecta.*

*A* *dixit tibi.* Quod nihil est aliud, inquit S. August. quam illud: *Semper laus ejus in ore meo.* Septenarius est numerus plenitudinis, ait Geneb. hoc est, *saepissime te laudavi: ferè etenim perpetuam mentis unionem habebat, &c.* hisque orationibus jaculatoriis eam conservabat &c.

Haec sunt propriae infirmorum orationes, quae infirmum non gravant. Omnes queruntur cum Iob, quod orationem longam ob infirmitatem facere nequeant. *In amaritudinibus moratur oculus meus.* Sept. *Preces adhibeo cum labore.* hoc est, nequeo longam facere orationem. Sic Ezechias infirmus: *Domine, vim patior.* Hebr. *Infirmus vim facit mihi, quiescere fac me, quid loquar?* q. d. Morbus aded me excruciat, ut loqui non possim: Tamen *Sicut pullus hirundinis, sic clamabo.* Hebr. *Sicut grus, & hirundo.* Chald. *Sicut hirundo capta garrat.* Aquila, & Symmac. *Sicut equus clausus hinnit.* q. d. Non possum ob agnitionem aliud facere, quam collum elongare, illa elongatio sit oratio. In hoc titulo ob vim doloris huc, illucque agitator, velut hirundo capta quærens effugium, quivis motus membrorum sit oratio. Aded me morbus excruciat, ut me veluti cogitat hinnire, hoc sit oratio. *Sicut grus, sicut hirundo, sicut equus, sic clamabo, meditabor ut columba, quæ gemitum habet pro cantu, quæ oculos tam saepe ad caelum tollit.* Hebr. *Gemebam, ut columba.* *Elevati sunt oculi mei suspicientes in excelsum.* D. Hieron. Hoc est, à Deo solo, qui poterat subvenire, elevatis in altum oculis, auxilium praestolabar. *Elevatio igitur oculorum, elevatio mentis, sit infirmorum oratio.*

Orationes jaculatoriae fuerunt orationes infirmi Ezechiae aded efficaces, ut eum ex portis mortis (sicut ait S. Ephrem) ad vitam redirent. Quacunque aetate, quocunque loco, vel in lecto orandum. In Genes. *Jacob adoravit ad lectuli caput.* Sanctus, & Deo deditur vir, ait ibidem Rupert. oppressus senectute sic habebat lectulum positum, ut ipse jacentis habitus absque difficultate ullâ ad orationem esset paratus. *Ad lectuli caput.* Hoc est, inquit Mariana

Aug. l. 3. de Doct. Christ. Geneb. ibid. Oratio Davidis perpetua.

Orationes jaculatoriae propriae infirmorum.

Sept. Tob. 17. Hebr. Ija. 38.

Hebr. Chald. Aquila. Symmach.

D. Hieron.

AA. 6. Orare ubi vis licere, exemplis offensum.

Ija. 38.

Ion. 2. Iob 1.

Exod. 14.

D. August. Oratorium ex toto mundo Christus effecit.

1. Tim. 2.

Psal. 118.

Mariana  
ibid.  
Alii.  
Corn. à Cap.  
ad Hebr. 11.  
Eger. ibid.

riana in suis Annotationibus, sedens in superiori parte lecti. Alii cum Diodoro, & Gennadio: Adoravit super caput, vel super summitatem virgæ suæ, subaudi, innix 9. q. d. Iacob summitati virgæ, vel scipionis sui præ senio incumbens adoravit Dominum, non Ioseph, ut tran. fert Hier. Et adoravit Israel Dominum conversus ad lectuli caput. Itaque sanctissimus senex, ut poterat, orabat. Sic innixus baculo, in lectulo, vel jacens, vel sedens orare debes.

Genes. 24.  
Septuag.  
Orationis locus  
etiam rus.  
Genes. 48.

In omni loco, &c. De Isaac: Egressus fuerat ad meditandum in agro. Sept. Egressus est Isaac exerceri in campo. Hoc erat exercitum, &c.

Orationibus  
jaculatoriis  
omnia bona  
parantur.

Hiscæ brevibus orationibus non solum bona spiritualia, sed & temporalia comparantur. Do tibi partem extra partem, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo. Hæc pars ager est, juxta communem Interpretum sententiam. Hanc Patriarcha tulit de manu Amorrhæi in gladio, & arcu. Nunquam audivi, vel legi Iacob adhibuisse gladium, & arcum: utique scio Es. ù fratrem bellatorem, ac venatorem. Sed Paraph. Chald. dicit, hunc gladium, & arcum orationem fuisse.

Chald.

Quam cepi, inquit, oratione meâ, & deprecatione meâ. Domine dicebat, vides hos filios. Nihil aliud. Erat hæc brevis oratio, velut sagitta pertingens u. que ad illud cor Dei providens, &c. O quot majores divitiis compararem, si hoc gladio, si hoc arcu uteremur, &c. 2. Paralip. 1. Præcepit autem David, ut docerent filios Iuda arcum. Alii, planctum. Lacrymis nimirum dulcissime fertur Deus. Quid aliud suspirium, vel lacryma est, quam sagitta in cor Dei directa? Hanc ego perdicam sagittandi artem, qua charitate vulneratus ipsam vulnerem charitatem.

2. Paralip. 1.  
Alii.

August. Sagitta veras me, Domine, charitate tua. Et quid est aliud, lacrymas fundere, suspiria premere, quam Deum resagittare? 1. Paralip. 18. Tulit autem David phatretæ aureas, & artulit eas in Ierusalem. Vere in Ierusalem collocandæ aureæ phatretæ orationum istarum: quia his orti nesciunt, qui cives Ierusalem non

1. Paralip. 18.

Orare negligens dubiam qui orationem non facit. Genes. 1. Et facit suam hominis factus est homo in animam loquentem. Chald. Et factus est homo in animam loquentem. Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & simili factus est illis. Hieron. Assimilatus est bestia. Enos primus orationis cultor. Philonis, qui multam orationis exercitio navavit operam, qui que Caput in studio, &c. fuit Enos, Hebr. Homo. Si Hebr.

sunt. Phatretæ aureæ, orationes hujusmodi jaculatoriæ, quæ ex affectu, & amore, è corde hominis eductæ in ipsum cor Dei protinus diriguntur.

Orationes jaculatoriæ sunt phatretæ aureæ

Cujusque status hominibus est necessaria Oratio.

PUNCTUM LIX.

Est necessaria homini, & omni homini, &c. Innumera sunt humanæ miseriæ. Hæc verò orationis necessitatem declarant. Sed ò miseriæ super omnem miseriam! quam cap. 38. de peccat. merit, & remissione deplorat August. Mox natus agnus ad propriæ matris ubera suis accurrit pedibus, homini nato nec ad incessum pedes idonei, nec manus habiles: & nisi ope nutriendis, ad motus labris, papillæ suggerantur, nec ubi sunt, sentis, & juxta se jacentibus mammis, magis potest esuriens flere, quam sugere, &c. Magna quoad corpus miseria, sed quoad animam major: Cum enim Deus sit Verbum, & Deus mamillarum, & ob lactis copiam præcinctus dicatur ad mamillas zona aurea, tamen nec papillas gratiarum in ipsam merburam positas scit hom. sugere. Immisit in os meum canticum novum: quasi diceret: Mamillam suarum gratiarum in os meum immitit, & ego aded sum miserabilis, ut nec brevi oratione sugere velim.

Oratio omni homini necessaria.

D. August. l. de pecc. merit. & remiss. c. 38. Homini recte nati miseria.

Declarat se hominem non agnoscere, qui orationem non facit. Genes. 1. Et facit suam hominis factus est homo in animam loquentem. Chald. Et factus est homo in animam loquentem. Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & simili factus est illis. Hieron. Assimilatus est bestia. Enos primus orationis cultor. Philonis, qui multam orationis exercitio navavit operam, qui que Caput in studio, &c. fuit Enos, Hebr. Homo. Si Hebr.

Apoc. 7.

Psal. 39.

Immisit in os meum canticum novum: quasi diceret: Mamillam suarum gratiarum in os meum immitit, & ego aded sum miserabilis, ut nec brevi oratione sugere velim.

Orare negligens dubiam qui orationem non facit. Genes. 1. Et facit suam hominis factus est homo in animam loquentem. Chald. Et factus est homo in animam loquentem. Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & simili factus est illis. Hieron. Assimilatus est bestia. Enos primus orationis cultor. Philonis, qui multam orationis exercitio navavit operam, qui que Caput in studio, &c. fuit Enos, Hebr. Homo. Si Hebr.

Orare negligens dubiam qui orationem non facit. Genes. 1. Et facit suam hominis factus est homo in animam loquentem. Chald. Et factus est homo in animam loquentem. Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & simili factus est illis. Hieron. Assimilatus est bestia. Enos primus orationis cultor. Philonis, qui multam orationis exercitio navavit operam, qui que Caput in studio, &c. fuit Enos, Hebr. Homo. Si Hebr.

Genes. 1. Et facit suam hominis factus est homo in animam loquentem. Chald. Et factus est homo in animam loquentem. Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & simili factus est illis. Hieron. Assimilatus est bestia. Enos primus orationis cultor. Philonis, qui multam orationis exercitio navavit operam, qui que Caput in studio, &c. fuit Enos, Hebr. Homo. Si Hebr.

Enos primus orationis cultor. Philonis, qui multam orationis exercitio navavit operam, qui que Caput in studio, &c. fuit Enos, Hebr. Homo. Si Hebr.

non

non orat, non est homo, non est rationalis, &c. Pagnin. *Tunc captum est invocari nomen Domini.* Chald. *Tunc inceperunt filii hominum orare in nomine Domini.* Initium Congregationum.

Gen. 4. *Iste capit, &c.* Qui fieri potest, ut Enos primus fuerit? Alii, qui præcesserunt, Abel, Seth, Adam nonne oraverunt? Non fuissent iusti, si non orassent. Iustus non est sine oratione. Ajunt, Enos primum fuisse, qui peculiari studio, & exercitio, B ac veluti formâ Congregationis oravit publicè, & per cœtus, inquit Corn. à Lap.

Corn. à Lap. Sed templum non habebant. Sub aperto cœlo congregabantur. *Tunc captum est, &c.* Ergo studio orationis addictus, non communi nomine, sed proprio dictus est homo: ut intelligas, homini, ut homo est, convenire orare, & sociabiliter orare. Homo, Græcè *ἄνθρωπος*, id est, sursum aspiciens. Sic ait Plato in Cratilo: Enos item interpretatur *obliviosus*, ut hujus nunc exercitii oblivionem intelligas.

Ephes. 6. Tot, tantisque tentationibus subjacens homo, quantam necessitatem, quæso te, habet orationis? *Non est nobis colluctatio adversus carnem, &c.* Quenam armatura sunt necessaria? Idem ibidem: *Induite te vos armaturam Dei.* D. Ambr. legit: *Induite vos universitatem armorum.* Hæc armorum universitas est in ea turri (symbolo orationis) in qua est omnis armatura fortium. Hæc est oratio. Ille se armat patientia, sic resistit iræ, & impatientiæ. Alius castitate, &c. induat simul, & semel universitatem armorum, nempe orationem, &c. hæc omnes simul vincit tentationes *Armaturam Dei*, Græcè, *Plenam, & omnem armaturam*, à pedibus scilicet ad caput: oratio sic nos munis, ac vestit. Quam ergo necessaria?

D. Ambr. D. Gregor. Nicen. Oratio omnis armatura fortium. Græc. Omnibus hominibus est necessaria oratio. Si aliis præes, quomodo sine oratione fungi potes officio tuo? Lumen Cæli tibi est opus. In Apoc. is, qui erat inter septem candelabra (symbola Superiorum) in dextra habebat, non tardas, sed stellas. *Sacramentum septem stellarum* dicitur tibi: ut noveris tuum lumen, stellarum, & è Cælo, non tædarum, & ex terrâ esse debere: non sufficit lumen terræ.

Oratio superioribus necessaria. Apoc. 1.

A Barolus tuus est lumen terræ: hæc tua prudentia est lumen terræ, &c. requiritur lumen Cæli, ut reilluminet, &c.

Si es uxoratus, quomodo agere potes sine oratione? Quomodo pax tibi esse potest sine oratione? Ad Colossenses: *Viri, dilige uxores vestras, & nolite esse amari ad illas. Mulieres, subditi estote viris vestris, sicut oportet in Domino.* Quomodo hæc charitas, b Apostole, conservabitur inter virum, & uxorem? *Verbum Dei*, inquit, *habitet in vobis abundanter*, hoc est, multa oratione. Declarat: *Communentes vosmetipsos in psalmis, & hymnis, &c.* Si pacem non habes cum viro, hinc est, quia non oras: si hoc onus te opprimit, hinc est, quia oratione te non munis: hinc nec verbum viri suffers, hinc impatiens, quia non oras. Cur adhuc vanitates sectaris? quia non oras. Josu. 6. *Cum clamaret populus, muri Jericho (luna, defectus, vanitas) funditus corruerunt, &c.* sed vociferatione maxima.

Et conjugatis.

Coloss.

Josu. 6. Hebr.

C Mandè astabo tibi, & videbo, &c. Alii: *Psal. Mandè ordinarbor, &c.* Hoc primum negotium ante omnia negotia, quod omnia postmodum gerenda ordinat, &c. In seculo es, hoc est, in medio Babylonis, totus concupiscentiæ, ac iracundiæ flammis circumdatus? Qui fieri potest, ut in hæc fornace non ardeas, si non oras? Memineris quondam juvenis illius Hebræi in fornace ignis, nec in capillo quidem læsi. Quid agebat juvenis? *Aperuit, inquit, facer Te rex, os suum in medio ignis, & oravit.* Mirum! Ignis factus est, ceu ventus roris, auræque mollis, ac suavis. *Non tetigit eos omnino ignis, neque contristavit.* Solum vincula, quibus erant colligati, dissolvit.

Psal. 1.

Dian. x.

D Hoc certe præstat tibi oratio in fornace Babylonis. (Talis status tuus est) Concupiscentias tuas, iracundias tuas, passiones, vincula, quibus tot modis vinciris, exolvit, in auram convertit, &c. sed si non oras, cremaris. Num. 11. *Oravit Moyses, & absorptus est ignis (concupiscentiæ).*

Num. 11.

E Excusationes ille necit: secularis sum, miles, &c. Etsi miles, in ipso actu militiæ ab oratione non excusaris: ut potes,



ut fert occasio, orare debes. Non requiritur à te oratio Monachi, sed militis. Obfidebat Iosue civitatem illam. Ut erat equo insidens, lanceam tenens, &c. ut completam referret victoriam, conversus ad Solem inquit: *Sol ne movearis contra Gabaon, & Luna, contra valem Aialon, donec ulciscar me de inimicis meis.* Quanam, quæso, forma orationis hæc? Nonne potius minari, quàm orare videtur: *Sol, ne movearis contra Gabaon.* Quodnam imperium præcipere Soli? Saltem humiliter obsecrasset: *Loquar ad Dominum meum, &c.* Saltem aliquantulum secessisset ab exercitu, rem tantam postularurus: sed vel intrit strepitus militates faciem ad celum tollit: *Sol, ne movearis, &c.* Et tamen ajunt, sic perfectè orasse, ut orationem hæc inter celebra sacra Scripturæ Cantica computent. Nimirum considerant fuisse orationem militis, qui non poterat Monachi secessum habere, sed ut erat Dux, in medio exercitu orare debebat. Et quod tunc egit Iosue, potes & tu, sive miles, sive Dux, sive eques sis, quotidie facere. Exploratumne tibi est, quid sibi velit Gabaon? Gabaon dicitur elevatio iniquitatis. Cum elevari sentis iniquitatem, non te excuses, quòd sis in agro, vel sub dio, &c. Vbieunq; sis, eleva mentis oculos ad Solem justitiæ. *Sol, ne movearis contra Gabaon, donec ulciscar me, &c.* Aialon, ilex, vel quercus. Cum item sentis, sub quereu hujus mundi hos sensus grunnire, glandesque quærere, ad Lunam Mariam: *Et Luna, contra valem Aialon, &c.* Hæ sunt bonæ orationes sæcularium, &c.

Iosue 10.

Iosue in medio exercitu devotè orabat.

Hebr.

Act. 30.

Orandi perstudiosus Cornelius centurio

D. Chryf.

Corin. ibid.

*Vir erat quidam in Cesareâ, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, & deprecans Deum semper, &c.* Is videt in visu manifestè, quasi hora diei nona, Angelum Dei, &c. Quid ais? Miles erat iste Italus, uxoratus. Ejus vita, etiam bello, erat continua oratio: quin etiam veris Angelorum visionibus fruebatur. De quo inquit Chryf. quòd statis orabat horis, quodque veluti vitæ religiøse sibi tempora constituerat, adeoque orationi addictus erat (ut ex Græco observat Lo-

rinus) ut tres continuas horas oraret, adorans à sexta usque ad nonam, homo sæcularis.

Quid inquiet alius? Mole negotiorum preter, tempus mihi orandi non est. *Inundaverunt aqua.* (terrenarum cogitationum) *super caput meum,* opprimor negotiis. Væ tibi sine oratione. *Et dixi,* (multa cum veritate) *Perii.* Sed quo remedio usus es? *Invoceavi nomen tuum, Domine, &c.* *Ne impediaris orare semper;* hoc est, non sint tam multa negotia, ut impediaris ab illa mentis elevatione, quæ cuique convenit, & in omni statu, & in omni loco, &c.

Quomodo egisset David in regni negotiis sine oratione? *Vespere, mane, & meridie.* Plus: *Septies in die laudem dixi tibi.* Orandi adhuc amplius: *Mediâ nocte surgebam ad dñm Davidis, confitendum tibi.*

Vbi miratur Chrysof. Rex tantis implicitus negotiis, purpura, & diademate amictus dicit: *Mediâ nocte, &c.* quid nos dicemus, qui privatam & otiosam vitam agimus, neque eadem, quæ ille, facim? Nam cum in die multis circumdaretur curis, negotiis, ac tumultibus, nec tempus inveniret aptum suo ad Deum accessui, relaxationis tempus, quod alii somni tempus faciunt, in mollibus stratis recumbentes, & hinc, & inde se versantes, Rex tantis vinculis curis accedendi ad Deum tempus faciebat. Et oratione inquit Chryf. perficiebat quæcunque volebat: oratione bella instruebat, triumphosque strueus, victoriam victoriæ copulabat: oratione omnia peragebat, & omnia illi secundùm Dei gloriam succedebant. Propterea, ait Chrysof. tam in comunibus, quàm in privatis rebus, præter sententiam, multa nobis occurrunt, quia non habemus orationem. O quam secunda cederent negotia, sic oram Deo eadem ageremus! &c. Igitur & nos (verba Chryf.) privati, & idiotæ; Reges, & otiosam, & quietam vitam agentes, imitemur eum, qui in purpura, & diademate, Monachorum vitam transcendit. *David in purpura vitam monachorum manebat, ad ipsam spectabant, tempus invenit.*

Thren. 3.

Eccl. 8.

Psal. 118.

Orandi stu-

confitendum tibi.

D. Chryf.

Oratione Da-

vid ad omnia

utebatur.

David in pur-

purâ vitam

monachorum

transcendit,

invenit.

invenit orandi ter, & septies in die. Quid A. nos non dicimus, qui privatam, & otiosam vitam agimus?

Sed dices: Verum est, non habeo negotia regni: mea tamen tanta sunt, ut me vix respirare sinant: Audi, quod tibi dicit Seneca i. de tranquillitate, cap. 4. Estimanda sunt ipsa, quae aggredimur, negotia, & vires nostrae cum rebus, quas tentaturi sumus, comparandae: debet n. plus superesse virium in latere, quam in pondere, necesse quippe est, ut opprimant onera, quae ferente majora sunt. Praeterea quaedam non tam magna sunt negotia, quam foecunda, multumque negotiorum ferunt, & haec fugienda sunt, ex quibus nova occupatio, & multiplex nascitur, nec ascendendum eo, unde liber regressus non sit. Haec dicit, qui nihil de oratione noverat.

Senec. lib. 1. de tranquillitate, cap. 4.

Oratio est rei familiaris administratio. S. Ephr.

Prov. 31.

Sed iterum inquires? Filios habeo, & familiam, orationem facere nequeo. Ne scis, quid sit oratio: scis, quomodo vocetur à Sancto Ephrem? Rei familiaris administratio: hoc est, oratio est mediū, quo res familiares bene administrantur. Bona illa mater familiās, in Proverbiis, unde tam bene domum regebat? &c. Gustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus, non extinguetur in nocte lucerna ejus, &c. Considerabat haec semitas domus suae, panem otiosa non comedebat, & tamen faciebat orationem, de nocte surgebat, &c.

Sic orare debent, qui ad aliorum curam ex officio tenentur, si non diutius, saltem saepius. His licet abrumperere orationem, ut domesticos exemplo Domini invitant. Meminerint orationis, ter in hortu interruptae, ut nimirum videret, quid agerent Apostoli.

Math. 27.

Exod. 32.

Qui aliorum cura tenentur, non debent tota die clausi orare. Stabat Moyses in monte cum Deo loquens, cui Deus: Descende, peccavit populus tuus, feceruntque sibi vitulum, constutilem. Idololatrae fiunt, dum Superiores, patres, ac matres diutius absunt, &c. Eundem illis, ac redeundum saepe, quod non diu, &c. sine oratione omnino esse non debent. Nemo tam strictè tenetur aliis, ut sui obliviscatur.

Orationem omnino propter

tur. Debet quisque Superior consulere aliis, sed juxta ordinem charitatis, primū sibi. Ex communi sententia, nullus artifex instrumentum artis alteri dare tenetur, quantum vis sit stricta obligatio artis alieni, quia eo instrumento vivit. Hoc est oratio, qua nulla obligatione privari debemus. Bonus amor non est, quo quis plus res temporales, vel etiam spirituales aliorum, quam spirituales proprias prosequitur. Quisque igitur ad orationem tenetur.

alios dimittere nemo debet.

D. Hieron. Ita habeto sollicitudinem domus (scribit ad Celantiam) ut aliquam vacationem animae tribuas, &c.

D. Hieron.

Dixit Moyses: State, ut consulam, quid precipiat Dominus de vobis. Greg. in past. p. 2. c. 5. Moyses crebro de rebus dubiis ad tabernaculum recurrit. Ad tabernaculum recurrere, est postpositis exterioribus tumultibus secretum mentis intrare: ibi enim Dominus consulitur: & quod foris agendum est publicè, intus silenter auditur: Hoc quoque quotidie boni Rectores faciunt: ut enim in exterioribus inoffensè deserviant, ad secreta cordis recurrere incessabiliter curant; & sic vocem Domini, quasi per occultam inspirationem audiunt, dum in meditatione mentis à carnalibus sensibus abstrahuntur.

Num. 9.

D. Greg.

Perrexitq; Rebecca, ut consuleret Dominum. Origenes: Quò abiit, cum Deus ubique sit? Secessit ab aliis, dicit Orig. ut mentem suam colligeret, ut facilius Dei auxilium sibi compararet.

Gen. 25.

Origen.

De quotidiano recessu post peracta negotia.

PUNCTVM LX.

Maria autem conservabat omnia verba hac, conferens in corde suo. Hoc à sanctissima Virgine accipiamus, & quotidiano recessu ponamus in praxim, saltem quotidie vespertino tempore, in corde nostro pium aliquod conferamus.

Luc. 2.

D d 3.

Tota.



Levit. 11.

Recessus post  
acta negotia  
quotidianus.Orig. hom. 2.  
in Levit.  
D. Gregor.

Psal. 54.

Iob. 38.

Isai. 26.

Nox aptissima  
meditationi.

Ezed. 5.

Tota dies infumpra est in negotiis, in robis agendis, &c. Nonne æquum est, ut quisque tandem habeat horæ spatium, in quo curarum omnium memoriam ex animo abiciat, in quo subleuetur, emergat? &c. Nonnulli pisces maris, & quædam animalia terræ reputantur inunda: pisces erant, qui pinnulas non habebant, animalia, quæ non ruminabant. Per utraque, juxta Orig. & D. Gregor. significatur illi, qui semper in profundis curarum latent, nec vel ad horam subleuare se supra aquas valeat: qui mandunt, trajectiuntque omnia; nec ea iterum reuocant ad considerationis dentem, ut coram Deo examinent, &c. Et ideo non proficimus, ideo non crescimus cum Domino nostro, eo quod cibum non sumimus, quia eum non mandimus, quia horam orationi non præstitimus. *Vespere, mane, & meridie, narrabo, & annuntiabo, &c.* Rex, ut diximus, in regni negotiis occupatus, &c. Non dicamus, nos pluribus ipso David detineri negotiis, sed fateamur nos indevotos, & spiritum non habere. Quod si videremur mane domi non posse diutius immorari; sed statim nobis opus esse exire, si meridie item, saltem vespere, &c.

*Legem ponebat aquis (cogitationum, negotiorum) ne transirent fines suos. Et dixi: usque huc venies, & non procedes amplius, &c.* Usque in hanc horam, &c. sed non procedes amplius. Hæc est hora apta, peractis negotiis: huc ad hoc silentium venire, &c. *Isa. Anima mea desideravit te in nocte: Id est: Aded, Domine, tecum conversari desidero, ut anima mea prestoletur nocturnum tempus, quo negotiis omnibus expedita tecum saltem paulisper detineatur. In die etenim non est tanta apertudo, nec otium, quia opus est multis negotiis occurrere: veruntamen nocturne illis omnibus explicabo, &c.*

O quam opportuna hora hujus silentii, harum tenebrarum! Adnotant sacri Doctores, tenebras aptissimas meditationi. Optat Moyses agere cum Deo, & relinquit populum, montem subit. Mox Deus caligine, ac tenebris illi operit, sine ullâ distractione secum agere valeat, &c.

A Ob hoc, inquit gravissimus Doctor Simeon de Cas. 4. c. 4. *Tenebra cur facta mox ut Christus obiit.* voluit Deus, ut vel præter tempus eclipsis illa trium horarum tempore passionis fieret, quo homines illis in tenebris, sine mentis evagatione, in tanti mylsterii considerationem ingrederentur, &c.

Hortus, quod ad orandum ire solebat *Math. 16. Dominus Trans Cedron. Hebr. Tenebra. Hebr.*

Ob hoc idem Elias semel in monte Carmelo faciem inter genua reposuit. *3. Reg. 18. Elias cur inter Deum, caput pallio obvoluit. Quid hoc? Nicol. de Lyra, Dion. Richel ibidem, & alii inquirunt, his modis se se colligere voluisse, sibi que tenebras facere, ut magis collectus esset, &c.*

Huc igitur invitati à Sancto Philippo, celsus est institutus, ut conveniant omnes, & hanc horam sumant, constituantque brevi huic orationi, aut conscientiarum discussioni, aut recessui.

C Recessus hic certe pernecessarius, sine quo qui fieri potest, ut habeatur vel amor, vel timor Dei? Vbi nos legimus: *Lateatur cor meum, ut timeat nomen tuum. Hebr. est. Fiat solitarium cor meum, aut cum Hieron. item ex Hebr. Fiat unitum cor meum, ut timeat nomen tuum. Quid sibi vult, quod nec mortes repentinarum nos terrent, nec aliquid nobis timorem Dei incurrit: Quia nec cor animus, nec paulisper recedimus, ut judicia Dei perspiciamus.*

D Huc omnes properent, locus enim omnibus obvius, ac patens est, iis præsertim, qui cum Nicodemo illo lucem ad bene agendum, ac diem propè erubescunt. Hi saltem veniant *ad Iesum nocte. Erat Nicodemus Princeps: hic venit ad Iesum nocte, qui propterea à Nazianzeno pulchre dictus est nocturnus Dei cultor. Sed observent alium locum item in Ioanne, qui Nicodemus verba faciens de hoc Nicodemo, similiter dicit: Qui venerat ad Iesum nocte primum, cultor. inuita enim conversionis illius, ac vitæ spiritualis coeperunt in nocte, postea palam se confessus est Christi sequacem. Ut & ille alius nobilis Decurio; discipulus occultus propter metum Iudæorum, postea audacter introiit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Hi coram omnibus*

E

omnibus tulerunt mixturas, ut condirent corpus Domini, &c. Sic, sic & vos venire saltem nocte, &c. Quis scit, annon forsitan & audacter confiteamini spirituales vitam esse verè nobilium, quin eam solam esse veram ingenitatem, in qua servitus Christi comprobatur? Si Nicodemus sis, nocturnus ille Deicultor, inquit Nazianzenus, funebribus unguentis ipsum unge. Ubi Nicetas: Unguentis Domini corpus ad sepulturam perfundit, qui sermones, & disputationes p̄ se tractat, easque fundit odore stillantes, & redolentes.

Neque huc adferatur excusatio, quòd domi possit quisque huic recessui vacare. Duas præsertim molestissimas plagas Ægyptus passa est, ranarum unã, muscarum alteram. Ranas tantas, ut fluvius ebullire videretur, tanto numero eas effundens, ut impleant plateas, ac vias, domos, cubicula omnia, vel farnos, &c. omnesque recessus Item, *Ecco ego mittam in te, & omnes seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas, omne genus muscarum, & implebuntur omnes domus Ægyptiorum muscis diversi generis, faciamq; mirabilem in die illa terram Gessen, in qua populus meus est, ut non sint ibi musca, ne scias, quia ego Dominus in medio terra.* Gregorius Magnus, & Nyssenus, & D. Bernard. per ranas, secularis strepitus intelligunt, per muscas, importunas cogitationes. Hæ rana domi ubique audiuntur. Secedite quòd vultis, ranas coaxare audietis. Musca ibidem gravissima, ac molestissima diversarum cogitationum, &c. Solum in Gessen, in Ecclesia, in Oratoriis non sunt muscæ: quinimò tanta est quietas, ut verè cognoscere possit Deum adesse, &c.

Et ostium lateris ad orationem. Hebr. Et ostium cubiculi ad quietem. O quam verum est!

Orare vel domi possumus, dicunt, sed hominam, doctrinamque audire non nisi in Ecclesia possumus. Te homo decipit: nam et si domi quoque orandi est facultas: tamen fieri non potest, ut domi tam bene ores, quàm in Ecclesia, ubi tot Patres, ubi clamor felici societate excitus,

&c. Est enim in huiusmodi plus aliquid, v.g. concordia, conspiratio, copula amoris, & charitatis, Sacerdotum clamores. Præsumt enim ob eam rem Sacerdotes, ut populi orationes, quæ infirmiores per se sunt, validiores illas complexæ simul in Cælum evehantur. Adde, quod locus ipse sæpè devotionè orandi excitat. Præterea Ecclesia est locus magis orationis proprius. Adest præsentia realis Sacramenti, Angelorum societas, &c. *Egressus fuerat Isaac ad meditando in agro inclinatus iam die. Sept. Egressus est Isaac exerceri in campo ad vesperam.* Bonum exercitium post exercitia, &c. Sibi campum oratorium faciebat, &c. Deus noster non est inventus inter cognatos, & notos, sed in templo, &c.

De utilitatibus, quas ex Congregationibus referunt congregati.

PUNCTUM LXI.

ERant discipuli congregati, &c. *Eligite ex vobis virum, & descendet mecum ad singulare certamen, &c.* Studium inimici est separare à castris, ut solum facilius interimat. *Percusserunt viros Laie in ore gladii, eo quòd cum nullo hominum haberent quicquam societatis. Va soli, qui si ceciderit, non habet sublevantem se, ut habent congregati ex sermone sublevante, ex aliorum exemplo, &c. Habent enim omniolumentum societatis, si unus ceciderit, ab altero succietur.*

Ubi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum. D. Gregor. Si ergo adesse dignatur, ubi duo, vel tres fuerint, quanto magis non deerit, ubi plures convenierint? Item: *Si duo ex vobis consenserint super terrã, de omni re, quancumq; petierint, fiet illis à Patre meo.* Ubi Sanctus Hilarius. In tantum, inquit, humanæ

Naz. cit. loc. Nicet.

Exod. 8.

D. Gregor. t. 28. n. 1. lib. de vit. Moyf. D. Bern. in Cant. ser. 44.

Exod. 41. Hebr.

D. Chryf. hom. 3. de incompreh. Dei nat.

Genes. 24. Septuag.

Ioan. 20. 1. Reg. 17.

Judic. 19. Congregationis sacrarum emolumenta. Eccl. 4.

Matth. 18. D. Gregor. ep. 112.

D. Hil.

humanæ pacis concordiæ Christus studeat, ut unitatis merito omnia, quæ à Deo præstanda sunt, impetranda esse confirmet: quòd si duo consentientes impetrant, quid plures? Impossibile est multorum preces non exaudiri, &c.

*Clamauerunt ad Dominum Deum Israël unanimiter.* Interlin. Quod charitatis unanimitate petitur eisdem impetratur.

*2. Paral. 20.* Vbi piissimus ille Rex Iosaphat vidit contra se congregatos filios Moab, & filios Amon, totum se contulit ad rogandum Dominum. Sed quoniam id apparatu? Orantium Congregatione. Congregatusque est Iudas ad deprecandum Dominum. Et infra: Omnis vero Iudas stabat coram Domino, cum parvulis, & uxoris suis.

*Theodoretus.* Quod expendens Theodor. citatus in Gloss. Hæc ait, cum dicerentur à Rege, tota stabat multitudo cum clamore Deo supplicans: Deus autem misericors soluit cœtum bonorum promissione.

*Ion. 4.* Ionæ ultimo: Non parcam, inquit Deus, Ninivæ civitati magnæ, in qua habitant plures centum viginti millia hominum, quænesciunt, quid sit inter dexteram, & sinistram suam? id est, simplices, & sine dolo, vel juxta Theophylactum, infantes, quorum lacrymæ apud clementissimam Deum sunt preces: Sed quoniam potissimum innumerus populus, sic dixerim, veniam extorsit, ac vim effecit? Ipsa unione precum. Effecta est tota civitas (inquit S. Ephrem) velut corpus unum.

*S. Ephr. de Ion. Proph.* Et congregatus si convenius, ut essent parati in prælium, & ut orarent, & peterent misericordiam, & miserationes. Carbores igniti, &c.

*1. Mach. 3.* Bonorum societas quid præstet, Matt. 13. Ne forte colligentes zizania, &c. Act. 27. uoi Paulo donatae sunt tot animæ naufragio periturae. 1. Reg. 19. Saul misit histores ad rapiendum David in Ramatha: qui cum reperissent ibi cuneum Prophetarum, inter ipsos & ipsi prophetaverunt; cumque alios: & alios misisset, idemque contigisset, venit ipsemet Saul, qui inter Prophetas cum fuisset, & ipse prophetavit, &c. Cum sancto sanctus eris, &c. Hinc Bernard. apostrophe ad Thomam extra

*Matth. 13.* *Act. 27.* *1. Reg. 9.*

*Societas bonorum quantum boni præstet.*

*Psal. 17.* *D. Bern. ser. 6. de Ascen.*

cœtum Apostolorum: Falleris, Thoma sancte, falleris, si videre Dominum speras ab Apostolorum collegio separatus. Non amat veritas angulos, non ei diversoria placent, in medio stat, id est, disciplina communi, communibus studiis delectatur. Post dies octo erant discipuli congregati, venit Iesus. Tunc tunc apparuit. Hinc D. Cyrilius colligit antiquissimum D. Cyril. lib. Congregationum morem. Tunc igitur, 12. in Ioan. ait, sanctæ Congregationes die octavo in Ecclesiis fiunt, & foribus, sublimiore modo, clausis visibiliter simul, atque invisibiliter Christus omnibus apparet.

Sed nostræ præsertim Congregationis perantiquum exemplar jam nunc recens D. Philippo ostensum in monte Romano à Tertulliano graphicè descriptum audiamus. Coimus, inquit, in cœtum, & aggregationem, ut ad Deum quasi manufacta preceationibus ambiamus orantes. Hæc vis Deo grata est: oramus enim pro Imperatoribus, pro ministris eorum, ac potestatibus, pro statu sæculi, pro rerum quiete, &c. Coimus ad literarum divinarum commemorationem. Si quid præsentium temporum qualitas aut præmonere cogit, aut recognoscere, certè fidem sanctis vocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam firmamus, disciplinam præceptorum nihilominus iaculationibus densamus (quod nos agimus, Dei gratia, tot familiaribus cohortationibus) Ibidem exhortationes, castigationes, & censura divina. (Disciplinatio, & culpa cum correptionibus) Modicam unusquisque stipem, menstrua die vel cum velit, & si modò possit, apponit. (Convictus ex symbolo.) Fratres dicimur, & habemur, quia unum Patrem Deum agnoscimus, qui unum spiritum bibimus sanctitatis, qui de uno utero ignorantia ejusdem ad unam lucem expiravimus veritatis. Fratres etiam sumus ex ipsa substantia familiari, quæ penes alios ferè dirimit fraternitatem. Animo, animaque miscemur, nihil de rei communicacione dubitantes, omnia indiscernant apud nos. Non prius discumbitur, quam oratio ad Deum prægustetur.

*Tertull. in Apolog. c. 39. de discip. Christ.*

*Congregationes sacra tempore Tertull.*

*Fraternitas primorum Christianorum.*

*Fraternitas primorum Christianorum.*

eur. (Oratio ante cœnam.) Bibitur, A  
quantum pudicis est utile. Ut quisque  
de Scripturis sanctis, vel de proprio inge-  
nio potest, provocatur in medium. (Du-  
bia ad mensam.) Fabulantur, ut qui sciât  
Dominum audire. (Recreatio.) Inde  
disceditur, non in carervas cœnionum,  
neque in classes discursationum, sed ad  
eandem curam modestiæ, & pudicitia,  
ut qui non tam cœnam cœnaverint,  
quàm disciplinam. Hoc tandem sumus B  
congregati, quod & dispersi: hoc univer-  
si, quod & singuli: neminem lædentes,  
neminem contristantes. Cum boni, cum  
probi cœcunt, cum pii, cum casti congregantur,  
non est factio dicenda. Hucusq;  
Tertull.

Psal. 113.

Jam verò utilitates, quæ ex Congre-  
gatione proveniunt, quis enumeret? Ec-  
ce quàm bonum, & quàm jucundum habita-  
re fratres in unum! Quasi diceret: Ex se  
latè patent utilitates maximæ, tum ex  
vulnere fraternæ charitatis, tum ratione  
exercitiorum, in quibus sese exercent;  
tum Regularum, quibus voluntariè con-  
striciti sunt Fratres. Sicut unguentum in  
capite. Hebr. Sicut oleum illud optimum.  
Gratiam nimirum congregatorum com-  
parat unguento, oleoque sacerdotali.  
Quare? Quia multos vel seculares ex  
his videre est æqualis, & plerunque ma-  
joris sanctitatis, ac perfectionis, quàm  
ipsi sunt Sacerdotes: Hic enim in proprio  
secularium habitu, Religiosorum vitam,  
virtutemque æmulantur: & qui habitu,  
ob status sui qualitatem, Religiosi esse  
non possunt, animo, moribusque Reli-  
giosi existunt, ac in suo statu obedientiã,  
humilitatem, charitatem, cæterarumq;  
virtutum actus exercent, quibus exerci-  
tationibus aliqui ad altissimos perfectio-  
nis gradus pervenerunt. Ex his plurimi  
ex Congregationibus secularium.

Congregatio-  
num piarum  
utilitas mul-  
tiplex.

Ecl. 4.

Unde profectus hic? Ecclesiasticus ait,  
ex emolumento societatis. Quodnam?  
Videre illũ frequentiore ad Sacramen-  
ta, est emolumentum societatis: alium  
eam penitentiam agentem, est emolu-  
Speranza Scriptura selecta.

mentum societatis: illum sic devotè  
Missæ assistentem, ac servientem, emolumentum societatis. Si ceciderit, ha-  
ber sublevantem se: Confessarius suble-  
vat, adhortatio sublevat, pauca illæ Re-  
gulæ sublevant: quisq; dum alium con-  
fidentius corripit, sublevat: Fratrum ex-  
empla sublevant. Animalia illa non so-  
lum seipsa alis, sed etiam se invicem per-  
cutiebant. Gregor. Ala sua me percutit,  
qui exemplo sanctitatis propriæ me ad  
melius arcedit. Sunt itaque Fratrum  
exempla percussiones alarum, &c.

Ezech. 8.  
D. Greg.

Hoc & Job: *Respiciet homines, & dicit:*  
Peccavi, hoc est, videbit devotionem ejus,  
qui homo est, ut ipse, juvenis, ut ipse, no-  
bilis, artifex, ut ipse, compungetur, dicit.  
Peccavi. Sed *Va soli, quia si cecideris, non  
habet sublevantem se.* O quàm malè aliqui  
nullum vinculum volunt, ut viri Laici,  
nullam legem recipiunt, rumpunt vin-  
cula, dicunt: Non serviam; sapiunt re-  
proborum stultitiam. Iustorum est leges  
velle: *Legem pone mihi, Domine, & Homo,*  
ut aliquid boni faciat, eger aliquando ali-  
quã obligatione, qua excitetur, præmo-  
neatur, &c. qui cum nullo hominum so-  
cietatem habere vult, nulli Congrega-  
tioni nomen dare, observetur, ut vivit.  
Quid mirum, quod gladio spirituali, si  
non materiali occumbit? si contumelia  
laccessus, contumeliosè responderet? In  
nulla Congregatione didicit actus man-  
suetudinis, patientiæ, humilitatis morti-  
ficationis, &c. *Va soli.* Hæc autem exer-  
citia nunquam intermittenda sunt. *Vbi  
duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo,*  
&c. Si venit Deus inter hos paucos, tu  
quia plures aliquando non sunt, non ve-  
nies? Cave: Diabolus enim nihil magis  
curat, quàm te cum Thoma à bonorum  
collegio separare, solum te quaerit.

Congregatio-  
nes sacras qui  
sugunt, in  
multa mala  
incurrunt.  
Psal. 118.

Aristoteles: Si quis est, qui congressus,  
& societates hominum ferre non possit,  
aut nullo egeat, quod se ipso contentus  
sit; hic profectò in parte civitatis non est  
habendus, quare aut bestia, aut  
Deus.

Arist. 1. 1. de  
Repub. c. 2.

Hc

Quan-

*Quantum conetur Diabolus,  
ut orationem impediatur.*

PUNCTVM LXII.

*Orationis hostis capitalis demon.*

*1. Reg. 13.*

*Orationem negligens homo est inermis miles.*

*Exod. 5.*

*2. Paral. 33.*

*Luc. 14.*

*1. Reg. 11.*

**N**on habet arma, quibus validius impugnetur, idcirco laborat, ut ea de medio tollat. Consilium id fuit inimicorum populi Dei, qui cum optimè noscent, quam ij bene armis uterentur in praelio, curarunt, ne ab eis gladius, lanceae fierent: Porro faber servarius non inveniebatur in omni terra Israël, caverant enim Philistim, ne forte facerent Hebraei gladium, aut lanceam. Hoc nimirum precaverit Diabolus, ne gladius, aut lancea orationis inveniat: homo autem sine oratione miles est sine armis. Quomodo se gerat inermis homo in hac militia super terram?

Percupidi olim filij Israël sacrificandi, à Pharaone distracti sunt ad paleas conquirendas, fingendosque lateres, quò vix respirare valentes, sacrificiorum oblivisceretur. Per simili arte nos ab oratione Diabolus conatur abducere, dum paleis harum mundanarum rerum conquirendis, ac lateribus efformandis occupat, paleis, inquam, quæ infernales nobis ignem succendant.

O quam multi sub jugo Diaboli illud Manasse dicere possunt: *Incurvatus sum multo vinculo ferreo, & non possum tollere caput, & non est respiratio mihi.* q. d. moles negotiorum me opprimat: *Non possum tollere caput.*

Mulier incurvata operâ Diaboli, ne caelum aspiceret. Sic incurvati multi, ut mentem elevare non possint.

*In hoc seriam vobiscum fedus, ut etiam omnium vestrum oculos dextros.* O sævitiam! Servat ille quidem sinistros, quibus terrena respiciamus, suffodit dextros, ne caelestia perspiciamus,

**A** Primum, quod ille è templo impiè subripuit, candelabrum luminis fuit. Hoc sacrigus ille, ac infernalis Antiochus subripere conatur, ut candelabro orationis ablato, simus semper in tenebris. *1. Mach. 3.*

Orationis dono amisso homo sit totus exterior. Testatur Samson, inquit Greg. *Judic. 16.* qui postquam oculos perdidit, ad molam deputatus est: quia maligni Spiritus, postquam tentationum stimulis intus aciem contemplationis effodiunt, foras in circuitu laborum mittunt, juxta illud: *In circuitu impij ambulans.* *D. Gregor. 7. Mor. 13.*

**B** Quod & ille mysticè plorabat: *Et fregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere.* *Thren. 3. re.* Qui enim caelestia non mandit, terram comedit. Hebr. *operuit me, aut, versavit me in cruce.* *Hebr.*

In Deuteronomio neminem volebat Deus posse accipere loco pignoris inferiorem, ac superiorem molam, cujus rationem reddit: *Quia, inquit, animam suam apposuit tibi.* Septuag. *Quia animam suam dat in pignore.* Chaldaeus: *Quia (cum hisce molis) esca fit omni animi.* Ob id Diabolus non vult, ut hujusmodi molas domi habeas. *Deut. 24.*

**C** Hinc & gustum orationis conatur tollere, ut sic paulatim tollat orationem: si fontem siccare non potest, aquæductus saltem studet incidere. Sed non est propter id intermittenda oratio: quinimò magis orandum, exemplo Domini, qui *factus in agonis (omni destitutus consolatione) prolixius orabat.* *Iudith 7.*

**D** Sancta illa anima in Proverb. *Gustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus, non extinguetur in nocte lucerna ejus.* O si homo paululam vim sibi inferret, ut huic studio operam navaret! ò si gustaret de oratione, quam suave cum Deo agere! &c. mox vaniloquium, mox otium displiceret. *Oratio non intermittenda propter aviditatem.* *Proverb. 31.*

**E** Sed communis hostis pro viribus elaborat, ut huic sancto studio non vacemus. Huc optimè facit illud, quod refert Greg. in Dialogis. In uno ex Monasteriis, quæ venerabilis Benedictus construxerat, quidam Monachus erat, qui *D. Greg. 2. Dial. 4.*

Tempore orationis Diabolus extrahit Monachum ab Ecclesia.

qui ad orationem stare non poterat, sed A  
 mox ut se Fratres ad studium orationis  
 inclinabant, ipse egrediebatur foras, &  
 mente vaga terrena aliqua, & transitoria  
 quærebat. Cumque ab Abbate suo sæpius  
 fuisset admonitus, ad virum Dei dedu-  
 ctus est, qui ipse quoque stultitiam  
 eius vehementer increpavit, & ad Mona-  
 sterium reversus, rix duobus diebus viri  
 Dei admonitioaem tenuit, nam die tertia  
 ad usum proprium reversus, vagari tem-  
 pore orationis cœpit. Quod cum seruo B  
 Dei ab eodem Monasterii Patre, quem  
 constituerat, nunciatum fuisset, dixit:  
 Ego venio, eumque per metipsum emen-  
 do. Cumque vir Dei venisset ad idem  
 Monasterium, & constituta hora, expleta  
 psalmodia, sese Fratres in orationem de-  
 didissent, aspexit, quod eundem Monachum,  
 qui in oratione manere non potuit, qui-  
 dam niger puerulus per vestimenti sim-  
 briam foras traheret. Tunc eidem Patri  
 Monasterii, Pompeiano nomine & Mau-  
 ro Dei famulo secretè dixit: Nunquid  
 non aspicitis, quis est, qui istum Mona-  
 chum foras trahit? Qui respondentes,  
 dixerunt: Non. Quibus ait: Oremus,  
 ut vos etiam videatis, quem iste Mona-  
 chus sequitur. Cumque per biduum esset  
 oratum, Maurus Monachus vidit: D  
 Pompeianus verò, ejusdem Mo-  
 nasterii Pater, videre non potuit. Die  
 igitur alia, expleta oratione, vir Dei Ora-  
 torium egressus, stantem foris Mona-  
 chum reperit, quem pro cacitate cordis  
 sui virga percussit, qui ex illo die nihil  
 persuasionis ulterius à nigro jam pueru-  
 lo pettulit, sed ad orationis studium im-  
 mobilis permansit, sicque antiquus hostis  
 dominari non ausus est in ejus cogita-  
 tione, ac si ille percussus fuisset ex verberibus.

Matth. 17.

Hoc genus Damoniorum non ejicitur, nisi  
 per orationem, & jejunium, & idè studeat  
 orationem pro viribus impedire.

Quid, & quomodo postulandum.  
 PUNCTUM LXIII.

Bona spiritalia postulanda sunt, gra-  
 tia animarum, lumen, virtutes, &c.

Cæcus ille secus viam mendicans, pauper  
 erat, nec tamen divitias poposcit: secus  
 viam erat, palatium, vel hospitium non  
 postulavit: pannosus erat, pretiosa indu-  
 menta non quæsit. *Quid vis, ut faciam  
 tibi? Hoc Domine, ut videam.* Hoc, hoc  
 postulandum à Deo, lætæ, gratia, &c.  
 Bona temporalia, sanitas, divitiæ, &c. *Matth. 15.*  
 micæ sunt, quæ cadunt de mensa Domi-  
 ni. Sic August. ad illa verba: *Nō est bo-  
 num sumere panem filiorum, & dare canibus,*  
 quibus illa: *Etiam? Domine &c.* Sed mi-  
 rum non est, gentilem fœminam eas tali-  
 ter implorasse.

*Matth. 15.*

*D. August. ser-  
 74. de temp.*

Mirum potius de Salomone, de quo  
 Rupert. 4. de *Rupert. 4. de  
 viit. Verbi,  
 c. 24.*  
 te, quod vis, ut dem tibi; & tantâ sibi obla-  
 tã gratiã posset æternitatem gloriæ cele-  
 stis una petitione adipisci, quæ summa  
 beatitudo est; ille temporali gloria de-  
 lectatus, & apud homines volens haberi  
 gloriosus, leve, seu mediocre bonum pe-  
 titiv: *Dabis, inquit, servo tuo cor docile,  
 ut judicare possit populum suum, & discernere  
 inter bonum, & malum.* Et quidem bo-  
 num erat, quod petivit, & melius quàm  
 si petiisset dies multos, aut tale quid, quod  
 bonum quidem est, sed exile, & infirmum,  
 & hoc magis placuit Domino, quod sic  
 petiunt, quàm si petiisset quidpiam ejus-  
 modi, dies multos, aut divitias, aut ani-  
 mas inimicorum suorum. Sed cur non  
 dixit, sicut dixerat pater ejus, David: *Psal. 86.*  
*Vnam peti à Domino, hanc requiram, ut in-  
 habitem in domo Domini omnibus diebus vite  
 mee? videlicet, quia cor ejus non erat  
 perfectum cum Domino Deo suo, sicut  
 scriptura testatur, sicut cor David patris  
 sui.*

*Rupert. 4. de  
 viit. Verbi,  
 c. 24.*

*Salomon rectè,  
 orare nescit.*

*3. Reg. 3.*

*Psal. 86.*

Indigentia rerum temporalium Deo  
 proponenda est, & in eum omnis sollici-  
 tudo, & cura proicienda: *Revela Domino  
 viam tuam. Camp. Expone coram Domino  
 statum rerum tuarum, & spera in eo, & ipse  
 faciet.* *Psal. 36.*

Pro rebus, quæ spectant ad corpus,  
 non est quod valdè insistamus, paucis  
 cum Deo opus est. Dux illæ sorores:  
 Domine, ecce, quem amas, infirmatur. Lite-  
 rulam hanc breviloquentem, ac Laconicã *Joan. 11.*  
 ad amantem dirigunt: amanti autem  
 Re 2 fatis

Greg. *ibid.* fati est nunciasse, inquit Gregor. non enim ausu sunt dicere: Veni, & libera eum, sed verbulo exponunt indigentiam, & cetera silentio involvunt, quia scilicet agebatur de sanitate corporali. Ubi vero res erat de salute animæ, Magdalena non mittit; sed ipsa vadit, & omnibus orat modis, oculis, lacrymis, amplexibus, necdum unguentis, & capillis: pro negotio vero temporali sanitatis paucis sese expediunt, duobus solummodo verbis: *Quem amas, infirmatur.*

4. Reg. 19. Cum tam minaces literas accepisset à Rege Assyriorum Rex Ezechias, quidnam egit? Id, quod in temporalibus negotiis agendum est, eisdem litteris ante Deum: *Domine, inquit, aperi oculos tuos, & vide: & expandit literas coram Domino. q. d. Lege, Domine, & vide indigentiam meam.* Sic, si melius tanquam non oramus (inquit Bernard.) sic efficacius tanquam diffidentes confidimus, ubi explicata indigentia, curam ipsi Deo committimus, & quiescimus. *Vinign non habent. Hoc factis: Spera in eo, & ipse faciet, & c.*

D. Thom. D. Thom. ait bona temporalia, divitias, honores, sanitatem, &c. sub conditione petenda, si nimirum expediunt spiritualia vero, gratiam, Dei amicitiam, absolute: quia hæc, ceu vera bona, semper expediunt, & ad Dei gloriam, & hominis salutem faciunt.

Psal. 65. Hinc dum postulas absolute, & cum proprii animi inhaerentia, hæc bona terræ, divitias, &c. non exaudiris. Sic David: *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Quid hic sibi vult, iniquitatem? Vult innuere divitias: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; hoc est, si quodcum in differentia, & sub conditione postulandum est, ex inordinato affectu absolute postulo, non ex audior: sed si ad salutem conducentia postulem, non ante postulavero, quam accipero.*

Psal. 3. Hebr. Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo. Hebr. juxta Eugub. Voce mea ad Dominum clamabo,

& jam exaudivit me de monte sancto suo: quia, nimirum, bona spiritualia postulaverat.

Sed temporalia cum petimus, ut tarde, ut plerumque cum indignatione ea obtinemus! Regalium munerum olim cupiditate captus Balaam, quamvis premonitus ne ad Regem iret, semel, & iterum consulturus Deum accessit, an liceret ire. Quid, heus tu, rogas, quod jam palam est, non licere? Iam regalibus animus inharebat: sed ecce tibi, jam munerum aspectu corrupto facultas datur à Domino, ut optata perficiat, ut illuc sese tandem conferat, quò tantoperè animus inhiabat: *Surge, & vade cum eis.* At quæ facultas hæc? Propitiæ, an irati? Pulchre Anast. Nicæn. quæst. 32. Indignatus ergo Deus dicit: *Surge, & eos sequere.* Quod sæpe solet etiam fieri à Medicis, qui nonnunquam quidem jubent abstinere à cibis noxiis: cum autem in eos propensi sunt ægroti, & quodammodo vim afferunt Medico, ut eis permittat sumere, tunc Medicus irascens permittit, scit enim eos nolle corrigi. At quorsum cedit importuna, indifferetique temporalium concupiscentia? In lapsum, in dolores, in mortem. *Asina concidit sub pedibus sedentis, attrivis sedentis pedem. Et nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidisset, &c.*

Hinc temporalia cum petimus, plerumque non exaudimur. Quod si hæc è divinis manibus aliquando veluti extorqueamus, ea quandoque obtinuisse, parum gaudemus. Quid spes? quid dolens animo? inquit Esdras ad mulierem illam, quæ ait: *Sterilis sum ego famularum, & non peperit, habens maritum annis triginta. Ego enim per singulas horas, & per singulos dies, & annos, hos triginta deprecor. Altissimum nocte, & die, (ò intensum mulieris desiderium!) (Et factum est post triginta annos exaudivit me Deus, & deit mihi filium, & jucundata sum super eum valde ego, & vir meus, & omnes civis mei, & nutriti cum cum labore multo, & factum est, cum crevisset, & cum introisset in thalamo suo, cecidit, & mortuus est.*

est, & convertimus omnes lumina, &c. O bre. A  
vem diuturnae flagitationis consolatio-  
nem!

Gen. 30. Annon similis illa, quae cernens, quod  
infœcunda esset, invidit sorori suae, & ait ma-  
rito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar.

Gen. 35. Quae tamen non multo post ob difficulta-  
tem partus periclitari coepit, & egrediente ani-  
ma pra dolore, & imminente iam morte vo-  
cavit nomen filii sui Benoni, id est, filius dolo-  
ris mei!

Math. 6. Quarite, quarite primum regnum DEI,  
& iustitiam eius, & haec omnia adicientur  
vobis.

D. Ang. l. 5. Ut quæsit sancta illa Augustini ma-  
ter! Et ubi essent tantæ preces (inquit in  
suis Confess. August.) & tam crebrae sine  
intermissione? An verò tu, Deus mise-  
ricordiarum, sperneres eor contritum, &  
humiliatum viduae castæ, ac sobriae, fre-  
quentantis eleemosynas, atque servientis  
Sanctis tuis, nullum diem prætermittentis  
oblationem ad altare tuum, bis in  
die, mane, & vespere, ad Ecclesiam sine  
ulla intermissione venientis, non ad vanas  
fabulas, & aniles loquacitates, sed ut  
te audiret in tuis sermonibus, & tu illam  
in suis orationibus? Huiusne tu lacry-  
mas, quibus non à te aurum, & argen-  
tum petebat, nec aliquid mutabile, aut  
volubile bonum, sed salutem animæ filii  
sui, tu, cujus munere taliserat, contem-  
neres, & repelleres ab auxilio tuo? Ne-  
quaquam, Domine: immò verò aderas,  
& exaudiebas, & faciebas ordine, quo  
prædestinaveras esse faciendum.

S. Monica rectè orare  
sciebat.

Usque modo non pesistis quicquam. Petite,  
&c. Quid! Non postulaverant confes-  
sum hinc inde ad dexteram, & sinistram?  
&c. Ah honores, divitiæ, &c. non sunt  
res quidditative, &c. accidentia sunt, ni-  
hil sunt: &c. Interrogemus Salomonem  
qui tam abundè hæc omnia habuit, videat.  
Ecc. 1.  
Vanas vanitatum, dicit Ecclesiastes.  
Vanas vanitatum, & omnia vanitas. Quid  
sibi vult Ecclesiastes? Supputator nume-  
rorum. Quò nunc pervenit, ô Salomon,  
computus rerum harum omnium, bono-  
rum, divitiarum, deliciarum, &c? Vanas  
vanitatum, dicit Ecclesiastes. Et ne putes  
errorem in computu, repetit: Vanas  
vanitatum, & omnia vanitas. Hebr. Nihil,  
nihil, & omnia nihil.

Hi honores, hæc magnitudines sunt en-  
tia rationis, non realia. Ego Nabuchodon-  
sor quietus eram in domo mea, & florens in pa-  
latio meo. O quam verè florens, & flo-  
rens in palatio! q. d. extra palatium jam  
non ampliùs aulicorum stipatus caterva,  
cum in sylvis morabar, florens non eram.  
Vade patet, hos esse accidentarios hono-  
res, & ita vanos, ac caducos, ut ad instar  
florum omnes evanescant.

Quomodo ceu flos agri, ad insufflato-  
nem evanescent! Cum Iob, stante  
Deo, periisse multos jam vidimus: Glo-  
ria eius quasi flos agri, &c. qui insufflato-  
ne deperit. Isai. 40.

De divite huius sæculi Iacobus: Sicut  
flos sæni transibit. Syriacus in præsentem:  
Sicut flos herba præterit: sic quod sequitur:  
Exoritur est Sol cum ardore, & arefecit fœ-  
num, flos ejus decidit, & decor vultus ejus de-  
perit: ita & divites in itineribus suis marcescent.  
Ad innuendam præsentem defectiorem,  
& caducitatem, Syriacè est in præsentem:  
Exoritur Sol, arefacit herbam, & flos cadit:  
sic etiam divites arefcent, ut scilicet nullam du-  
rationem intelligas, quippe quæ etiam in  
ortu arefit, & siccatur, &c.

O vanam mundi gloriam! ô vaniores  
mundi dilectores! Mundus transit, & con-  
cupiscentia ejus. Alii ex Græc. Transver-  
sos agit: quasi circumgyrato capite mun-  
di hæc inanis diversitas, ac apparatus  
suos inspectores transversos agar. Incon-  
stantia  
Ec. 3.

Digressio de huius mundi re-  
bus, divitiis, avaritia, affectu  
libero, &c.

PUNCTUM LXIV.

Bona huius  
mundi bona  
non sunt.  
ET certe ad quid tanto ardore hæc bo-  
na curas postulare, cum re vera bo-  
na non sunt.

Gloria man-  
dana vertigi-  
nem adfert.  
1. Ioan. 2.  
Græc.  
Sap. 4.  
Alii.